





ELEGANTES
VARIORVM VIRGILIO-OVIDIO-CENTONES

DE

OPIFICIO MVNDI,

CHRISTO DEO,

DEIQVE MATRE,

SS. FRANCISCO ET CAR. BORROMAEO.

CIↃ. IↃC. XVII.

DIVINANS

POETICA





A
RAPHAELE
SADELERO
imaginibus exornati,
et venum propositi.
MONACI.



2

PROBÆ FALCONIÆ

FOEMINÆ CLARISS.

CENTONES.

DE DIVA DEIPARA LAVRETANA.

OVIDIO-CENTO. EX LIB. METAMORPH. FR. POLA. VERONENSI IVRISC. CONCINNANTE.

Eiusdem

DE DIVO FRANCISCO

VIRGILIO-CENTO.

DE

DIVO CAROLO. PONT. MED.

VIRGILIO-CENTO.

BERNARDI BRVSCHI

VERON. CAN. REG. LAT.

LVDVS

IN

SECVLI AMOREM INIMICVM AMORI DIVINO.

CAROLI SCRIBANI

E SOCIETATE IESV.

IN CENTONES VIRGILIANOS.

CVM sese Andino iactantem Cypride Vate,
Vidit cum Nato quæ regit astra suo;
Ecquis ait nostrum dabit isto Carmine Natum?
Aut hoc aut nullo debet hic ore cani.
Aeneámne suum legat illo in Carmine Cypris?
Et meus in versu sordidiore fluet?
Ite agite, & vestrum Musæ reuocate Maronem,
Vt meus hoc ipso Filius ore sonet.
Dixit & Elysijs iterum Maro surgit ab oris,
Et canit ad iussus, maxima Virgo, tuos.



ADMODVM RE-VERENDO ET RELI-GIOSISSIMO DOMINO SIGISMVNDO.

AD NOBILE, VETVS-TVM CELEBREQVE D. AV-GVSTINI CANONICORVM CON-TVBERNIVM SEON PRÆ-SVLI AMPLISSIMO.



Pima ex Ægypto fero ſpolia, Ampliſſime Præſul, quibus priſca & Chriſtiana, numen inquam ipſum, numinisque Chriſti Θεανθρώπȣ Θεοτόκȣ, Diuóſque celebramus. Detracta veſtis eſt non è lana ſoloce, vel endromidis villis, vel decote lacerna, vel pannucia conſuta, ſed veluti è vario ſerico polymita gemmis & auro diſtincta. Quæ Maro quondam Vatum princeps, de profanis ſeu numinibus ſeu nominibus cecinit; quæ Naſo ingenij laude etiam Marone felicior in fabulas & transmutationum prodigia contulit, hæc Chriſtiana induſtria divi-

nam apum imitata solertiam, delibatis vndique Poëtarum nobilissimorum versibus ad cultum & venerationem Dei cęlitumq; accommodauit, perinde ac si diuinus ille cæli Spiritus vates olim paganos afflasset, vt ignari tanquam Sibyllæ canerent, quæ mutatis nominib⁹, verius nostris religionibus quàm illorum superstitionibus conuenirent. Legũtur hodie Homero - Vergilio - Ouidio - Cētones ad Dei Divorũq; præcepta dicta, facta, laudes trãslati, quorũ origo tã est ãtiqua vt ipsa antiquitate cõditores eorum principes antiquiores fuisse videãtur, certè nomina vetustas obruit, quorum sine nomine Tertullianus, Irenæus, Hieronymus fecere mentionem. E cæteris Christianis vetustiores Eudocia Augusta Theodosij minoris coniunx, & proba Falconia laudantur, quarum illa Homerum, hæc Vergilium Christianè loqui docuit. Insecuta nostris est temporibus & nostro maximè sæculo ingens scriptorum turba, qui id genus carminis magna sæpe ingenij felicitate in alias formas & argumenta seu Cęsarum seu lemmatum aliorum transtulerunt, qui Falconiam etiam ab Gelasio P. M. parum laudatam superarunt, de quibus

ego

ego hoc loco copiosius non disputo, ne mihi illud Comici obiectes:

Quin tu alium quaeras, cui Centones farcias.

Religio tua tuúmque politum & elegãs ingenium fecit, vt ex multis Centonum chiliadibus hos paucos, pios, & ingeniosos transcriberem, & iconibus illustratos nomini tuo inscriberem, quam operam tibi meam si gratam cognoro, maiora exspectabis: Maximis est dignus qui minima non spernit. Monaci Calendis Septembris CIↃ. IↃC. XVII.

Nominis tui studiosissimus
& obseruantissimus.

RAPHAEL SADELER
Serenifs. Boiorum Principis Chalcographus.

PROBAE FALCONIÆ FOEMINÆ CLARISS. CENTONES,

hoc est,

Carmen ex diuersis Virgilii versibus & Hemistichiis consarcinatum, continens descriptionem veteris & noui testamenti.



AM dudum temerasse duces pia fœdera pacis,
Regnandi miseros tenuit quos dira cupido,
Diuersasq; neces regum, crudelia bella,
Cognatasq; acies pollutas cæde parentum
Insignes clypeos, nulloq; ex hoste trophæa,
Sanguine conspersos tulerat quos fama triumphos,
Innumeris toties viduatas ciuibus vrbes
Confiteor scripsi, satis est meminisse malorum.
Nũc Deus omnipotens, sacrũ precor accipe carmẽ,
Aeternumq; tui septemplicis ora resolue
Spiritus, atque mei resera penetralia cordis,
Arcana vt possim vatis proba cuncta referre.
Non nũc ambrosium cura est mihi quærere nectar,
Nec libet aonio de vertice ducere Musas.


Non

Non mihi saxa loqui vanus persuadeat horror,
Laurigerosq́ sequi tripodas, & inania vota,
Iurgantesq́ deas procerum, victosq́ penates:
Nullus enim labor est verbis extendere famam,
Atque hominum studijs paruam disquirere laudē.
Castalio sed fonte madens imitata beatos,
Quæ sitiens hausi sanctæ libamina pacis
Hinc canere incipiam, præsens Deus erige mentem,
Vergilium cecinisse loquar pia munera Christi
Rem nulli obscuram, repetensq́ ab origine pandam,
Si qua fides animum, si veros fusa per artus
Mens agitat molem, & toto se corpore miscet
Spiritus, & quantum non noxia corpora tardant,
Terreniq́ hebetant artus, moribundaq́ membra.

Deprecatio ad Deum.

O pater, ô hominum, rerumq́ æterna potestas
Da facilem cursum, atq́ animis illabere nostris,
Tuq́ ades, inceptumq́ vnà decurre laborem
Nate patris summi, vigor & cœlestis origo,
Quem primi colimus, meritosq́ nouamus honores
Iam noua progenies, omnis quam credidit ætas,
Munera vera cano, satis est potuisse videri.
Iam pridem memini veterum monimenta virorum
Museum ante omnes totum cecinisse per orbem
Quæ sint, quæ fuerint, & quæ ventura trahantur
Omnia vt ipse tener mundi concreuerit orbis.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
Vnde hominum, pecudumq́ genus, vitaq́ volantũ.
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus,
Et si quid simul ignis habet, vel mobilis humor,
Haud aliter prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliúm ve habuisse tenorem
Crediderim, maior rerum mihi nascitur ordo
Si qua fidem, tanta est operi latura vetustas.
Nanq;(fatebor enim) leuium spectacula rerum
Semper equos, atq; arma virûm, pugnasq; canebam,
Et studio incassum nolui exercere laborem
Omnia tentanti potior sententia visa est,
Pandere res altas terra & caligine mersas.
Inq́ dies, aliquid iam dudum inuadere magnum
Mens agitat, mihi nec placida contenta quiete est.
Ore fauete omnes, lætasq́ aduertite mentes
Matres, atque viri, pueri, innuptæq́ puellæ.



De



Quam bene tectus hic est, quem velat gloria cæli:
Quam malè tectus hic est, qui sine veste rubet.

Raph. Sadeler exc.

De





De creatione mundi.

PRINCIPIO cœlum, ac terras, camposq́ liquentes,
Lucẽtemq́ globum lunæ, solisq́ labores
Ipse pater statuit, vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum.
Nam neq́ erant astrorum ignes, nec lucidus æther,
Sed nox atra polum bigis sub nocte tenebat
Et chaos in præceps tantum tendebat ad vmbras,
Quantus ad æthereum cœli suspectus olympum.

De diuisione lucis à tenebris.

Tunc pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
Aëra dimouit tenebrosum, & dispulit vmbras,
Et medium luci atq́ vmbris iam diuidit orbem
Sydera cuncta notat, tacito labentia cœlo
Intentos voluens oculos qua parte calores
Ausonios tulerat, quæ terga obuerterit axi,
Obliquus qua se signorum verterit ordo.

De quatuor temporibus anni.

Postquam cuncta videt cœlo constare sereno
Omnipotens, stellis numeros & nomina fecit,
Temporibusq́ parem diuersis quattuor annum
Aestusq́ & pluuias, & agentes frigora ventos.
Atque hæc vt certis possemus discere signis

Vere

Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt,
Ac medio tostas æstu terit area fruges,
Et varios ponit fœtus autumnus, & atra
Venit hyems, teritur sitionia bacca trapetis,
Atque in se sua per vestigia voluitur annus.
Tempore iam ex illo fœcundis imbribus æther
Magnus alit, magno commistus tempore fœtus.

Dies primus.

Et iam prima nouo spargebat lumine terras,
Ducebatq́ diem stellis aurora fugatis
Tunc durare solum, & discludere nerea ponto
Incipit, & rerum paulatim sumere formas,
Et variæ pelagi facies, immania cete
Aequora verrebant caudis, æstumq́ secabant,
Nec non & vasti circuibant æquora ponti
Iam sole infuso, iam rebus luce retectis
Exultans, roremq́ simul dispargit amarum.

Dies secundus.

Postera iamq́ dies primo surgebat eoo,
Fudit humus flores, & frondes explicat omnes,
Sanguineisq́ inculta rubent auiaria baccis,
Non rastris hominum, non vlli obnoxia curæ.

Dies tertius.

Tertia lux gelidam cœlo dimouerat vmbram,
Auia

Auia tunc resonant auibus virgulta sonoris;
Et liquidas corui presso dant guttere voces;
Nec gemere aëria cessabit turtur ab vlmo.

Dies quartus.

Quarto terra die variarum monstra ferarum,
Omnigenumq́ pecus, nullo custode per herbam
Educit syluis, subito mirabile visu.
Tunc demum mouet arma leo, tunc pessima tigris
Squamosusq́ draco, & fulua ceruice leæna
Sæuire, ac formæ magnorum vlulare luporum.
Cætera pascuntur virides armenta per agros,
Nec gregibus liquidi fontes, nec gramina desunt;

Dies quintus & sextus.

Iamq́ dies, alterq́ dies processit, & omne
Hoc virtutis opus diuinæ mentis & artis
Prospiciens genitor perfectis ordine rebus
Expleri mentem nequit, ardescitq́ tuendo
Terrarum, tractusq́ maris, cœlumq́ profundum,
Alituum, pecudumq́ genus, secumq́ volutat
Qui mare, qui terras, omni ditione tenerent
Heu segnes iaceant terræ, iuuat vsque morari.

De formatione primi hominis.

Talia versanti subito sententia sedit,
Felicemq́ trahit limum, fingitq́ premendo

Pingue

Pingue solum primis extemplo à mensibus anni
Iamq; improuiso tantæ pietatis imago
Processit noua forma viri pulcherrima rerum
Os humerosq; deo similis, cui mentem, animúmq;
Maior agit deus, atq; opera ad maiora remittit

De formatione Euæ.

Quæritur hinc alius, nec quisq; ex agmine tanto
Audet adire virum, sociumq; in regna vocari.
Haud mora continuò, placidam per membra quietē
Dat iuueni, & dulci declinat lumina somno.
Atque illi medio in spacio iam noctis opacæ
Omnipotens genitor costas & viscera nudat,
Harum vnam iuueni laterum compagibus arctis
Eripuit, subitoq; oritur mirabile donum,
Argumentum ingens clara cum luce refulsit
Insignis facies, & pulchro pectore virgo
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis,
Olli somnum ingens rupit pauor, ossaq; & artus
Coniugium vocat, & stupefactus numine pressit,
Excepitq; manu, dextramq; amplexus adhæsit.

Deum protoplastum & Euam benedixisse.

His demum exactis torquet qui sydera mundi
Iussit eo dicente premit placida æquora pontus,
Et tremefacta solo est tellus, silet arduus æther.

Viuite

Viuite felices interq; virentia culta
Fortunatorum nemorum, sedesq; beatas.
Hæc domus, hæc patria est, requies ea certa laborũ.
His ego nec metas rerum, nec tempora pono.
Imperium sine fine dedi, multosq; per annos
Non rastrum patietur humus nec vinea falcem.
At genius immortale manet, nec tarda senectus
Debilitat vires animi, mutatq; vigorem.

Quid prohibitum primis parentibus.

Vos contra quæ dicam animis aduertite vestris.
In medio ramos, annosáq; brachia tendens
Est in conspectu ramis felicibus arbor,
Quam, neq; fas igni cuiquam, nec sternere ferro,
Relligione sacra, nunquam concessa moueri.
Hac quicunque sacros decerpserit arbore fœtus,
Morte luet merita, nec me sententia vertit,
Nec tibi iam prudens quisquam persuadeat author
Commaculare manus, liceat te voce moueri
Fœmina, nec te vllius violentia vincat,
Si te digna manet diuini gloria iuris.

De delitijs paradisi.

Postquam cuncta pater, cœli cui sydera parent
Composuit, legesq; dedit, camposq; nitentes
Desuper ostentat, tantarum gloria rerum.
Ecce autem primi sub lumine solis & ortus

Deuenêre locos, vbi mollis amaracus illos
Floribus, & dulci aspirans complectitur vmbra.
Hic vèr purpureum, atque alienis mensibus æstas
Hic liquidi fontes, hic cœli tempore certo
Dulcia mella premunt, hic candida populus antro
Imminet, & lentæ texunt vmbracula vites.
Inuitant croceis ad laudes floribus orti
Inter odoratum lauri nemus, ipsaq́ tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.
Fortunati ambo si mens non leua fuisset
Coniugis infandæ, docuit post exitus ingens.

Tentatio per Serpentem.

Iamq́ dies infanda aderat per florea rura,
Ecce inimicus atrox immensis orbibus anguis
Septem ingens gyros, septena volumina versat
Nec visu facilis, nec dictu affabilis vlli
Obliqua insidia ramo frondente pependit
Vipeream inspirans animam, cui tristia bella
Iræq́, insidiæq́, & noxia crimina cordi.
Odit & ipse pater tot sese vertit in ora
Arrectisq́ horret squamis, & nequid inausum,
Aut intentatum, scelerisue, doliue relinquat,
Sic prior aggreditur dictis, seq́ obtulit vltro.
Dic ait, ô virgo lucis habitamus opacis,
Riparumq́ toros, & prata recentia riuis
Incolimus, quæ tanta animis ignauia venit?

Strata

Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma.
Pocula sunt liquidi fontes cœlestia dona
Attrectare nefas, id rebus defuit vnum.
Quis prohibet causas penitus tentare latentes?
Vana superstitio, rerum pars altera adempta est
Conditio, mea si non irrita dicta putares
Author ero audendi sacrata resoluere iura.
Tu coniunx tibi fas est animum tentare precando.
Dux ego vester ero, tua sit mihi certa voluntas.
Extruimusq; toros, dapibusq; epulamur opimis.

Eua seducta seducit virum.

Sic ait, & dicto citius, quod lege tenetur
Subijciunt epulis oculi, venerabile lignum
Instituuntq; dapes, contactuq; omnia fœdant.
Præcipue infistit pesti deuota futuræ
Miraturq; nouas frondes, nec non sua poma.
Causa mali tanti summoteniis attigit ore
Maius adorsa nefas, maioremq; orsa furorem.
Heu misero coniunx aliena ex arbore germen
Obijcit, atque animum subita dulcedine mouit.

Vident se nudos, & faciunt sibi perizomata.

Continuò noua lux oculis effulsit, At illi,
Terrentur visu subito, nec plura morati
Corpora sub ramis obiectu frondis inumbrant

Consertum tegmen, nec spes opis vlla dabatur.
At non hæc nullis hominum, sator, atque deorum
Obseruans oculis, cædes & facta tyranni
Præsensit, votumq́ ferens quid fœmina possit
Continuò inuadit, procul, ô procul este profani
Conclamat cœlum, at terras qui numine firmat.

Adam abscondisse se.

Atq; illi longe gradientem, & dira frementem
Vt videre, metu versi, retroq́ ruentes
Diffugiunt, siluasq́ & sicubi concaua furtim
Saxa petunt, piget incœpti, lucemq́ nec auras
Respiciunt, tædet cœli conuexa tueri.

Increpat Adam Dominus.

Nec longũ in medio tempus, cum creber ad auras
Visus adesse pedum sonitus, genitorq́ per vmbram
Talibus affatur dictis, atque increpat vltro.
Infelix quæ tanta animum dementia cepit?
Quis furor ille nouus, quò nunc? quò tenditis inquit
Regnorum immemores, quæ mentem insania mutat
Dicite? quæ lucis miseris tam dira cupido?
Maturate fugam, totoq́ absistite luco,
Nec reuocate gradum, siquando aduersa vocârint
Est licitum flammis ambit torrentibus amnis
Per medium stridens, torquentq́ sonantia saxa,
Attollitq́ globos flammarum, & sydera lambit.

Adam se excusat.

Ille sub hæc, tua me genitor, tua tristis imago
His posuere locis, merui, nec deprecor inquit
Omnipotens, sonitumq́ pedum, vocemq́ tremisco
Conscius audacis facti, monitiq́ sinistri
Fœmina fert tristes succos, tardumq́ saporem.
Illa dolos, dirumq́ nefas sub pectore versans
Insontem infando indicio, moritura puella
Dum furit incautum crudeli morte peremit.
Suasit enim scis ipse, nec est te fallere cuiquam,
Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error,
Contigimusq́ manu quod non sua seminat arbos.

Maledictum Serpenti.

Tunc pater omnipotens solio se misit ab alto,
Accipite ergo, animis atque hæc mea figite dicta,
Tuq́ prior scelere ante alios immanior omnes,
Quem nec longa dies, pietas nec mitigat vlla.
Hortator scelerum coluber mala gramina pasces
Desidia, latamq́ trahes inglorius aluum;
Cede locis, nullis hominum cogentibus, ipse
Tentus vbi argilla, & dumosis calculus aruis.

Maledictum Adam.

At tibi pro scelere exclamat pro talibus ausis,
Omne æuum ferro teritur, primusq́ per artem

Heu miserande puer, terram insectabere rastris,
Et sonitu terrebis aues, horrebit in aruis
Carduus & spinis surget paliurus acutis,
Lappæq́, tribuliq́, & fallax herba veneni.
At si triticeam in messem, robustaq́ farra
Exercebis humum, frustra expectabis acerum,
Concussaq́ famem in siluis solabere quercu.
Insuper his subeunt morbi, tristisq́ senectus.
Et labor, & diræ rapit inclementia mortis.

Maledictam Euam.

Hæc tibi semper erunt, tuq́ ô sæuissima coniunx
Non ignara mali caput & noua causa malorum,
Magna lues commissa tibi, heu perdita nescis,
Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis.
Nunc morere, vt merita es, quod tota mente petisti.
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.

Expulsos Adam & Euam è paradiso.

At iuuenem primum sæuus circumstetit horror,
Diriguere oculi, nec se celare tenebris
Amplius, aut notas audire, & reddere voces.
Haud mora festinant rapidis, iussiq́ feruntur
Passibus, & pariter gressi per opaca viarum
Corripiunt spatium medium, lumenq́ relinquunt
Flentes, & paribus curis vestigia figunt.
Tum victum in siluis baccas, lapidosaq́ corna

Dant

Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herbæ.

Euam peperisse duos filios.

Interea magnum sol circumuoluitur annum
Matri longa decem tulerant fastidia menses.
Vnde homines nati, durum genus, inde per artem
Haud herbæ campo apparent, aut arbore frondes,
Inq́ nouos soles audent se gramina tuto
Credere, & in lentis vnam dimittere ramis
Instituunt, vdoq́ docent inolescere succo.

Abel â fratre occiditur.

Tunc gemini fratres adolent dum altaria tedis
Alter & alterius prælato inuidit honori,
Horresco referens consanguinitate propinquum
Excipit incautum, patriasq́ obtruncat ad aras
Sanguine fœdantem quos ipse sacrauerat ignes.

Post occisum Abel Deus irascitur humano generi.

Tunc genitor, virus serpentibus addidit atris,
Mellaq́ decussit folijs, ignemq́ remouit,
Prædariq́ lupos iussit, pontumq́ moueri.
Et passim riuis currentia vina repressit,
Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos
Esset rubigo, & victum seges ægra negaret.
Tunc laqueis captare feras, & fallere visco,

Inuentum, & duris vrgens in rebus egestas
Mouit agros curis acuens mortalia corda.
Deterior donec paulatim decolor ætas
Ferrea progenies durum caput extulit aruis,
Et belli rabies, & amor successit habendi
Iusticia excedens terris vestigia fecit.
Nec longum in medio tempus, furor, iraq; mentem
Præcipitant, gaudent perfusi sanguine fratrum.
Condit opes alius defossoq; incubat auro,
Nec doluit miserans inopem, dextramq; tetendit.

De Diluuio.

Tunc pater omnipotens, grauiter commotus ab alto
Aethere se mittit, tellurem & fundit in vndas
Diluuium mittens, cœlumq; in tartara soluit.
Sternit agros, sternit sata læta, boumq; labores
Diluit, implentur fossæ, & caua flumina crescunt.
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum.

Noë seruatur.

Tum pietate grauem, ac meritis, mirabile dictu,
Qui fuit in terris, & seruantissimus æqui
Eripuit leto, tantis surgentibus vndis,
V. genus vnde nouæ stirpis reuocaret, haberet.

Post diluuium Deus legem dat hominibus.
Iudæi bello agitantur.

Diluuio

Diluuio ex illo, patribus dat iura vocatis
Omnipotens, magnisq́ agitat sub legibus æuum,
Quid memorē infandas cædes? quid facta tyranni?
Nesciaq́ humanis precibus mansuescere corda?
Aegyptum, viresq́ orientis, & vltima bella,
Magnanimosq́ duces, totasq́ ex ordine gentes,
Quo cursu deserta petiuerit, & tribus, & gens.
Magna virum meriti tanti non immemor vnquā,
Quique sacerdotes adsint altaria iuxta,
Quiq́ pij vates pro libertate ruebant.
Qui bello exciti reges, quæ littore rubro
Complerint campos acies, quibus arserit armis
Rex genus egregium magno inflammante furore
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas
Cætera facta patrum, pugnataq́ in ordine bella
Prætereo, atq́ alijs post me memoranda relinquo



DE NOVO TESTAMENTO, ET DE SALVATORIS NATIVITATE.



VNC ad te, & tua magne pater consulta reuertor.
Maius opus moueo vatum prædicta priorum
Aggredior, quamuis angusti terminus æui
Accipiat, tentanda via est, qua me quoq; possim
Tollere humo, & nomen fama tot ferre per annos,
Quòd tua progenies cœlo descendit ab alto,
Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium, aduentumq; dei, cum fœmina primum
Virginis os, habitumq; gerens mirabile dictu
Nec generis nostri puerum, nec sanguinis edit.
Sed quia terrifica cecinerunt omnia vates
Aduentare virum populis, terrisq; superbum
Semine ab æthereo, qui viribus occupet orbem,
Imperium oceano, famam qui terminet astris.

De natiuitate Iesu Christi.

Iamq; aderat promissa dies, quo tempore primum
Extulit os sacrum, diuinæ stirpis imago
Missa sub imperio, venitq; in corpore virtus
Mista Deo, subijt cari genitoris imago.

De



O quoties fatuo pie CHRISTE *renaſceris Orbi;*
Deſiſtit fatuus nec tamen ille mori.

De



De stella & Magis.

Haud mora, continuò cæli regione serena
Stella facem ducens magna cum luce refulsit.
Agnouere Deum proceres, cunctiq́ repentè
Muneribus cumulant, & sanctum sydus adorant,
Tunc verò manifesta fides, clarumq́ paternæ
Nomen virtutis, & Christi agnoscere vultum
Flagrant, & quæ dent diuini signa decoris.

Metuisse Herodem nato Christo.

Protinus ad regem magno clamore furentum
Fama volat, magnasq́ acuit rumoribus iras,
Incenditq́ animum, matrisq́ allabitur aures,
Illa dolos, dirumq́ nefas haud inscia rerum
Præsensit, metusq́ excepit prima futuros.
Præscia venturi, furtim mandârat alendum,
Dum curæ ambiguæ, dum mens exæstuat ira.

Herodes iubet occidi infantes.

At rex sollicitus stirpem, & genus omne futurũ
Præcipitare iubet, subiectisq́ vrere flammis
Multa mouens, mittitq́ viros qui certa reportent.
Haud secus vt iussi faciunt, rapidisq́ feruntur
Passibus, & magnis vrbem terroribus implent.
Continuò auditæ voces, vagitus & ingens,
Infantumq́ animæ flentes ante ora parentum

Corpora

Corpora natorum sternuntur limine primo.

Fugit Virgo cum filio in Ægyptum.

At mater gemitu non frustra exterrita tanto
Ipsa manu præ se portans, turbante tumultu
Infantem fugiens plena ad præsepia tendit.
Hic natum angusti subter fastigia tecti
Nutribat teneris immulgens vbera labris.
Hæc tibi prima puer fundent cunabula flores,
Mixtáq; ridenti passim cum bacchare tellus
Molli paulatim colocasia fundet acantho.

Christus disputat in templo in medio seniorum.

Et iam finis erat, perfecto temporis orbe,
Vt primum cessit furor, & rabida ora quierunt
Ante annos animum gestans cœlestis origo.

Mirantur omnes Christum.

Per medias vrbes graditur, populosq; propinquos
Illum omnis tectis, agrisq; effusa iuuentus
Attonitis inhians animis prospectat euntem,
Turbaq; miratur matrum quis spiritus illi,
Quis vultus, vocisue sonus, vel gressus eunti est,

Testimonium Ioannis de Christo.

Continuò vates, nanque hic certissimus author,

Vt procul à gelido secretum flummine vidit,
Tempus ait Deus ecce Deus, cui maxima rerum,
Verborumq́ fides, tu non eris alter ab illo
Fortunate puer, cœli tui sydera parent.
Sic equidem ducebam animo, rebarq́ futurum
Expectate venis, spes & solatia nostri.

Christus baptizatur à Ioanne, & Spiritus sanctus descendit de cœlo.

Hæc vbi dicta dedit fluuio versare salubri
Accepit venientem, ac mollibus extulit vndis
Exultantq́ vada, & subito commota columba
Deuolatatq́ super caput astitit, inde repente
Carpit iter liquidum, celeres quoq́ commouet alas.

Multos baptizat cum Christo.

Huc amnis turba ad ripas confusa ruebat,
Certatim largos humeris infundere rores.

Vox de cœlo audita est, hic est &c.

Tunc genitor natum dictis compellat amicis.
Nate meæ vires, mea magna potentia solus,
Et prædulce decus magnum rediture parenti.
A te principium, tibi desinit, accipe testor
O mea progenies, quā sol vtrunque recurrens,

Aspicit

Aspicit oceanum, perfecto lætus honore
Omnia sub pedibus vertiq́; regiq́; videbis.
Tu regere imperio populos, matresq́; virosq́;
Iam pridem resides animos, desuetaq́; corda,
Ignarosq́; viæ mecum miseratus inertes
Aggredere, & votis iam nunc assuesce vocari.
Dixerat, ille patris magni parere parabat
Imperijs, instans operi, regnisq́; futuris.
Heu pietas, heu prisca fides, quas dicere grates
Incipiam, si parua licet componere magnis.
Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi
Nec spes libertatis erat, nec cura salutis.

Omnia rident, adueniente Domino.

Hic mihi responsum primus dedit ille petenti,
Concretam exemit labem purumq́; reliquit
Aethereum sensum, meq́; in mea regna remisit,
Illum ego per flammas agerem si syrtibus exul
Per varios casus, per mille sequentia tela,
Quo res cunq́; cadant, vnum pro munere tanto,
Exequerer, struueremq́; suis altaria donis.
Huius in aduentu tantarum munera laudum
Ipsi lætitia voces ad sydera iactant.

Tentatur Christus.

Intonsi montes, respondent omnia valles.
Tempore non alio magnum & memorabile nomen
Serpentis

Serpentis furiale malum meminisse necesse est.
Ausus quin etiam, fama est obscurior annis
Compellare virum, & veniendi poscere causas,
Hunc vbi tendentem aduersum per gramina vidit,
Substitit, infremuitq; ferox, dictuq; potentem
Saucius ac serpens affatur voce superba
Vera ne te facies? verus mihi nuncius affers?
Qui genus? vnde domo? qui nostra ad limina tēdis?
Fare age quid venias? nam te dare iura loquuntur,
Aut quis te iuuenum, confidentissime nostras
Iussit adire domos? paciq; imponere morem?
Non equidem inuideo, miror magis, accipe porro
Quid dubitem, & quæ nūc animo sententia surgit.
Est domus alta, voca Zephyros, & labere pennis
Ardua tecta petens ausus te credere cælo,
Si modo quem memoras pater est, cui sydera parent.

Christus Diabolum alloquitur.

Olli subridens sedato pectore fatur,
Haud vatum ignarus, venturiq; inscius æui
Dissimulare etiam sperasti perfide serpens,
Nec dubites, nam vera vides, optataq; pennis
Astra sequi, clausumq; caua te condere terra.
Quo periture ruis? maioraq; viribus audes?
Cede deo toto proiectus corpore terra.

Diabolus fugit audito Christo.

Nec plura his ille admirans venerabile donum
Fronte premit terram, & spumas agit ore cruento
Contentusq́; fugacacis se immiscuit vmbris.

Dominum elegisse discipulos, & statim secutos populos.

Interea magnas volitans it fama per vrbes.
Conuenêre viri, mens omnibus vna sequendi
In quascunque velit pelago deducere terras.
Multi præterea, quos fama obscura recondit
Concurrunt fremitu denso, stipantq́; frequentes,
Exultantq́; animis, medium nam plurima turba
Hunc habet, atq; humeris extantem suscipit altis.
Quos vbi confertos audere in prælia vidit,
Incipit & dictis diuinum inspirat amorem,
Discite iustitiam moniti, & succurrite fessis
Pro se quisq; viri, cuicunq; est copia læti
Communemq́; vocate Deum, meliora sequamur.
Quòq; vocat vertamus iter, via prima salutis
Intemerata fides, & mens sibi conscia recti
Vobis parta quies perfecto temporis orbe.
Nam qui diuitijs soli incubuêre repertis
Nec partem posuêre suis, dum vita maneret;
Pulsatúsue parens, & fraus innexa clienti
Tunc cum frigida mors animam vel deserit artus;
Inclusi pœnam expectant, quæ maxima turba est,
Infernúq́; ciet tenebris, veterumq́; malorum

Suppli-

Supplitia expendunt, alijs sub gurgite vasto
Infectum luitur scelus, aut exuritur igni
Turbidus hic cæno, vastaq́ voragine gurges
Aestuat, atq́ omnem cocyto eructat harenam.
Hinc exaudiri gemitus, & sæua sonare
Verbera, tum stridor ferri, strictaq́ cathenæ
Semper, & obducta densantur nocte tenebræ.

Præcipitur ne colantur idola.

Præterea quæ dicam animis aduertite vestrũ.
Non ego vos posthac cæsis de more iuuencis
Religione patrum, truncis & robore natas,
Mortaliue manu effigies, nec templa deorum
Audire, & repetens iterumq́ iterumq́ monebo.
Sed perijsse semel satis est, natumq́, patremq́
Profuerit meminisse magis, si credere dignum est.
Sed fugit intereà fugit irreuocabile tempus,
Flammarumq́ dies, & vis inimica propinquat.

De iudicio venturo.

Attonitis hæsere animis, nec plura moratus.
Hic aliud maius miseris mortalibus ægris
Iudicium canit, & tristes denuntiat iras,
Venturum excidium, & vasta conuulsa ruina
Omnia tunc pariter rutilo miscerier igni
Pallentesq́ polo stellas, cœliq́ ruinam.
Tunc vero tremefacta nouus per pectora cunctis

Insinuat pauor, & taciti ventura videbant.

Quid sibi faciendum foret, vt vitam æternam possideret petijt quidam à Domino.

Hæc super aduentu cum dicta horrenda moneret
Ora puer prima signans intonsa iuuenta
Diues opum, studijs florens, & nobilis ocij.
Quinque greges illi balantum, & bina redibant
Armenta, & dapibus mensas onerabat opimis.
Continuò palmas alacris vtrasq; tetendit
Et genua amplectens, sic ore affatus amico est.
O Deus, ô famæ meritò pars maxima nostræ
Ad te confugio, & supplex tua numina posco.
Omnia perfeci atque animo mecum ante peregi.
Eripe me his inuicte malis, quid deniq; restat
Quód ve sequens tantos possim sufferre labores?
Accipe, daq; fidem, mihi iussa capescere fas est.

Respondit ei Dominus.

Atq; huic responsa paucis ita reddidit heros,
O præstans animi iuuenis, absiste precando
Nec te pœniteat, nihil ô tibi amice relictum est,
Hoc etiam his addam tua si mihi certa voluntas.
Disce puer contemnere opes, & te quoque dignum
Finge deo, & quæ sit poteris cognoscere virtus.
Da dextram misero, & fratrem ne desere frater:

Si

Si iungi hospitio properat coniunge volentem.
Casta pudicitiam seruet domus, en age segnes
Rumpe moras, rebusq; veni non asper egenis.
Dixerat hæc, ille in verbo vestigia torsit
Tristior, ora modis attollens pallida miris,
Multa gemens, seseq; oculis auertit, & aufert.

Cum Christus insedit asello.

Tunc etiam tardi costis agitatus aselli
Insedit nymbo effulgens, tum plurima circum
Matres atque viri, pueri velamina voto
Subijciunt, funemq; manu contingere gaudent,
Iamq; propinquabat portis, templumq; vetustum
Antiqua ex cedro centum sublime columnis
Ingreditur, magna medius comitante caterua.

Christum ementes & vendentes flagello è templo expulisse.

Horrendum siluis, hoc illis curia templum,
Hæ sacræ sedes, miro quod honore colebant.
Nanque sub ingenti lustrat dum singula templo,
Horrescit visu subito, insonuitq; flagello,
Significatq; manu, & magno simul intonat ore
Quæ scelerum facies, quæue æra micantia cerno?
Cæsaris & nomen, nomen quæ insania mutat?
Hæ nobis propriæ sedes, hîc tempora certo
Perpetuis soliti patrum considere mensis

Obstupuêre animis, gelidusq́ per ima cucurrit
Ossa tremor, mensasq́ metu liquêre priores

Discipuli periclitantur in mari.

Inde prima fides pelago tranquilla per alta
Deducunt socij naues atque arte magistra
Hic alius funda latum transuerberat amnem
Alta petens, pelagoq́ alius trahit humida lina.
Postquam altū tenuere rates, nec iam amplius vllæ
Occurrunt terræ, crebris micat ignibus æther.
Eripiunt subitò nubes, cœlumq́, diemq́,
Consurgunt venti, & fluctus ad sydera tollunt.
At socijs subita gelidus formidine sanguis
Diriguit, cecidere animi, cunctiq́ repentè
Portum aspectabant flentes, vox omnibus vna.
Spemq́, metumq́ inter dubij seu viuere credant,
Siue extrema pati leti discrimine paruo.
Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto.

Christum ambulasse super aquas.

Ecce Deus magno misceri murmure pontum,
Emissamq́ hyemem sensit, cui summa potestas
Par leuibus ventis, & flaminis ocyor alis
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto,
Nec longo distat cursu pereunte carina.
Agnoscunt longe regem, dextramq́ potentem
Nudati socij, & magno clamore salutant
Postquàm altos tetigit fluctus & ad æquora venit,

Id

Id verò horrendum, ac visu mirabile, fortè
Subsidunt vndæ, remo vt luctamen abesset,
Collectasq́; fugat nubes, graditurq́; per æquor
Iam medium, nec dum fluctus latera ardua tingit.
At media socios insidens naue per ipsos,
Ecce gubernaclo rector subit ipse magister;
Intremuitq́; malus, gemuit sub pondere cymba.
Vela cadunt, puppiq́; Deus consedit in alta,
Et tandem læti nautæ aduertuntur harenæ.

De Cœna Domini.

Deuexo intereà propior fit vesper olympo,
Tunc victu reuocant vires, fusiq́; per herbam,
Et dapibus mensas onerant & pocula ponunt.

Docet Sacramentum.

Postquàm prima quies, epulis, mensæq́; remotæ;
Ipse inter primos genitor instaurat honores
Suspiciens cœlum; tunc facta silentia linguis.
Dat manibus fruges, dulcesq́; à fontibus vndas,
Impleuitq́; mero pateram, ritumq́; sacrorum
Edocet, immiscetq́; preces, ac talia fatur.
Audite ô proceres ait, & spes discite vestras.

Prædicit ab vno se traditum iri.

Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit,
Promissisq́; patriæ, vestra inquit munera vobis
Certa manent pueri, & palmã mouet ordine nemo.
Et lux cum primum terris se crastina reddet

Vnus erit tantum in meq́, exitiumq́ meorum
Dum medium paci se offert de corpore nostro.
Nanque dies(ni fallor) adest, secludite curas.
Mecum erit iste labor, nec me sententia fallit
Vnum pro multis dabitur caput, hæc ita fatus
Conticuit, seramq́ dedit per membra quietem.

Apostolos fugisse.

Diffugiunt comites, & nocte teguntur opaca,
Multaq́ dura suo tristi cum corde volutant
Quid faciant, hærent infixi pectore vultus
Verbaq́, nec placidam membris dat cura quietem.

Conquestio Petri ad condiscipulos.

Tunc senior tales referebat pectore voces.
Multa putans vbi nunc nobis deus ille magister
Quem sequimur? quoue ire iubes? vbi ponere sedem?
O dolor, atque decus tantarum gloria rerum
Iam iam nulla mora est & nos rape in omnia tecum
Oramus, teq́ aspectu ne subtrahe nostro

Sacerdotes cum populo contra Christum.

Oceanum intereà surgens aurora reliquit,
Iamq́ sacerdotes, latè loca questibus implent
Cũ populo, & patrib⁹, ferturq́ p agmina murmur.
Quod gen⁹ hoc hominũ? quæue hũc tã barbara morẽ
Permittit patria? pœnas cum sanguine poscunt
Vndique collecti, & magno clamore sequuntur
Insontem, sæuitq́ animis ignobile vulgus.

Christus



Quos germana gerat nescis, PATIENTIA vultus?
Illius effigies, huius in ore sedet.

Raph. Sadeler



Christus hora sexta ducitur vt crucifigatur.

SOL medium cœli conscenderat igneus orbem
Tunc subitò acciti omnesque populosq; patresq;
Exposcunt, fariq; iubent, quo sanguine cretus
Quid ue petat, quid ue ipse ferat, prædamq; tuentes
Facta viri nimius dolor, & stupor vrget inertes;
Nescia mens hominum certant illudere capto.
Tunc verò captis concurrunt vndique telis.
Tollitur in cœlum clamor, cunctiq; repentè
Corripuere sacram effigiem, manibusq; cruentis
Ingentem quercum decisis vndique ramis
Constituunt, spinisq; ligant ingentibus illum,
Tendebantq; manum pedibus per mutua nexis.
Triste ministerium sequitur, quos cætera proles
Ausi omnes immane nefas, ausoq; potiti.
Ille autem impauidus quo vincula nectitis inquit
Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?
Pòst mihi non simili pœna commissa luetis,
Talia perstabat memorans, fixusq; manebat.

Fit terræmotus, & sol obscuratur.

Intereà magno misceri murmure cœlum
Incipit, & rebus nox abstulit atra colorem,
Impiaq; æternam timuerunt secula noctem.

Terra

Terra tremit, fugêre feræ, & mortalia corda
Per gentes humiles strauit pauor, inde repentè
Dat tellus gemitum, & cœlum tonat omne fragore.

Christum descendisse ad inferos.

Extemplò comites erebi de sedibus imis
Vmbræ ibant tenues, tellus quoque & æquora ponti
Signa dabant, sistunt amnes terræq; dehiscunt.
Quin ipsæ stupuere domus, atque intima leti
Tartara & vmbrosæ penitus patuere cauernæ,
Sol quoque & exoriens, cuncti se scire fatentur;
Tunc caput obscura nitidum ferrugine tinxit.

Christum tertia die resurrexisse.

Hosque inter motus media inter talia verba
Tertia lux gelidam cœlo dimouerat vmbram,
Iamq; pedem referens superas veniebat ad auras,
Cùm subitò ante oculos ingenti mole sepulchrum
Corpus vbi exanimum positum, nec claustra nec ipsi
Custodes sufferre valent, auulsaq; saxis
Saxa vident, laxi laterum compagibus arctis
Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus
Horror vbique animum simul ipsa silentia terrent.

Foribus clausis apparuisse Christum Apostolis.

Ecce autem primi volucrum cum culmine cantus
Ingre-

Ingreditur linquens antrum, spolijsq; superbus
Ibat ouans, pulsuq; pedum premit excita tellus,
Vulneraq; illa gerens foribus sese ingerit arctis,
Atque hinc ingentem comitum affluxisse nouorum
Inuenit admirans numerum, cunctisq; repentè
Improuisus ait, coram quem quaeritis adsum.
Vicit iter durum pietas & viuida virtus.
Praecipites vigilate viri, timor omnis abesto.

Instruit Apostolos.

Hi nostri reditus, exspectatiq; triumphi
Haec mea magna fides, ô terq; quaterq; beati
Quae vobis, quae digna viri pro laudibus istis
Praemia posse reor solui? quae dona pararis?
Accipite ergo animis, quae vos à stirpe parentum
Prima tulit tellus, eadem vos vbere laeto
Accipiet, reuocate animum, maestumq; timorem
Mittite, & vosmet rebus seruate secundis.


Christum Apostolis pacem reliquisse.

Quod superest laeti bene gestis ordine rebus,
Pacem optate manu, pacem laudate sedentes
Magnanimi, pacis solum inuiolabile pignus.
Et simul his dictis faciem ostendebat, & ora,
Ora manusq; ambas, populataq; pectora ferro,
Immiscentq; manus manibus, gaudentq; videntes,
Nec vidisse semel satis est, iuuat vsque morari,

Et conferre gradum, & dextræ coniungere dextram.

De ascensione Christi.

His demum exactis, spirantes dimouet umbras
Aëra per tenerum, cæloq; inuectus aperto
Mortales visus medio in sermone reliquit.
Infert se septus nebula, mirabile dictu.
At illum solio stellantis gloria cæli
Accipit, æternumq; tenet per secula nomen.
Ex illo celebratus honos, lætiq; minores
Seruauere diem, tot iam labentibus annis.
I decus i nostrum, tantarum gloria rerum,
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt;
Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.
Annua, quæ differre nefas, celebrate fauentes:
Hunc socij morem sacrorum, hunc ipse teneto
O dulcis coniunx, & si pietate merentur,
Hac casti maneant in relligione nepotes.



DE



Virgineâ splendens refertur imagine Numen;
Non mirum, tanto si micat orbe iubar.

R. Sadler

DE

DE DIVA DEIPARA LAVRETANA OVIDIOCENTO, EX LIB. METAMORPH. FR. POLA VERONENSI IVRISC. CONCINNANTE.

Domum tuam decet sanctitudo. Psal. 92.

Lib.1. P*Ronus humi, monitisq; simul cælestibus intro* 14
10 *Templa Dei matris,* LAVRENTI *tradita terræ,* 1
1 *Præside tuta Deâ; pariter quâ præside rerum* 15
2 *Humano generi Superi faustis abundè:* 15
5 *Numine sub* DOMINÆ *lateo, atq; assentior illi,*
15 *Et quoniam Diua ora mouet, sequar ora mouentem:*
5 *Illa canenda mihi est, vtinàm modo dicere possim*
Carmina digna Deâ. Te carmina nostra sonabunt, 10
14 *Sancta Dei genitrix: furtum ingeniosus ad omne* 11
15 *Magna, nec ingenijs inuestigata priorum,*
15 *Et, meditata manu componam verba magistrâ,* 6
9 *Quæ inueni, & dixi;* DOMINÆ *seruabimus ista:* 12
5 *Tu modò, Diua, velis; quæ cæptis conscia nostris,* 7
Adiutrixq; veni, pretiumq;, & caussa laboris. 4
1 *Hic locus est, quem, si verbis audacia detur,*

Haud timeam magni dixisse Palatia Cœli:
7 *Accipe mirandum, nouitate mouebere facti.*
8 *Ille vetus* DOMINÆ *est, & iam* CASA *parua Parentis,*
7 *Et natale solum; sunt hæc* PENETRALIA *magna* 1
10 *Grata Dei matri, Diuûm gratissima Regi;* 12
12 *Hîc Deus, humanâ lustrans sub imagine terras,* 1
6 *Hîc hominis speciem maternâ sumit in aluo,* 7
Pérque suos intùs numeros componitur infans:
4 *Tum puer æternus (signo, non nomine dicam,)* 15
1 *Verba patris portat summi qui iussa per auras,* 2
15 *Pérque sinus crebros, & magna volumina labens,*
5 *Constitit ante Deam, sacrâque ita voce profatur.* 2
14 *Salue Virginei flos intemerate pudoris:*
1 *Emicat exemplò niueis argentea pennis* 2
Ales, vt æquaret totas sine labe columbas,
7 *Ingrediturque* DOMVM, *cœlesti sede relictâ:* 4
7 *Sensit Virgineo conceptas pectore flammas,* 7
2 *Incaluitq; Deo, quem clausum pectore habebat;*
6 *Hîc quoque sustinuit bis mensum quinque labores,* 8
7 *Instruit & prolem sanctâ se è Virgine natam.* 15
5 *Mox vbi, perfectis, quos terra debuit, annis,* 15
3 *Ipsa Dea, & terris, & inerti sede relictâ,* 15
15 *Accessit Cœlo, Superûm petit æthera victrix,* 2
1 *Hæc* DOMVS, *hæc sedes, & fortunata profectò,* 4
8 *Vertitur in templum subitò, quam mox sibi prisci* 10
Sacravêre Senes, prisco de more precati, 15
7 *Qui* CHRISTVM, *pulchrâq; Deæ sub imagine ponût,* 2

6 *Thura-*

6 Thuraq; dant sanctis, & verba precantia, palmis;
8 Donec vita data est, sanctam subiêre minores 5
Sæpè CASAM Superi, templi tutela fuêre; 8
8 Huius opem magnis implorauêre periclis.
4 Nec loquar, vt quondam, naturæ iure nouato,
Mota loco, & cur sit; motâq; pependit in aurâ; 7
5 Quas Dea per terras, & quas errauerit vndas,
2 Quàm procul à patriâ, longoq; per aëra tractu, 2
1 Eurum, ac auroram, Nabathæaq; regna relinquens, 15
15 In sedes PENETRALE nouas transferre parauit; 15
8 Lecta manus iuuenum tum pennis lapsa per auras 8
13 Fert humeris venerabile onus; mirabile factum 5
7 Hoc aliquis, tremulâ dum captat arundine pisces, 8
8 Vidit, & obstupuit, stiuaue innixus arator: 8
15 Italiam tenuit, & spissi littoris ANCON, 15
14 Littus adit LAVRENS, nemorosis abdita syluis; 10
2 Inde abit vlteriùs, dumq; omnia lustrat eundo, 5
1 Occupat hæc collem, montis sublime cacumen. 1
10 Gratulor huic terræ, nostroq; huic gratulor orbi 10
2 Sedibus his adsit quòd iam Regina Deorum: 2
9 Nec timidâ gaudete fide; date munera templo; 9
1 Signa dedit, venisse Deam; nox conscia sacris: 6
13 Felicem traherent cùm sera crepuscula noctem, 1
2 Ecce, suo comitata choro, matrona Tonantis, 2
9 Visa Dea est verè, THALAMIq; in culmine sedit, 6
2 Quantò splendidior, quàm cætera sydera, fulget
Lucifer, & quantò, quàm Lucifer, aurea Phœbe;

2 *Incuibuitq́ loco,maieſtatèmque verendam* 4
Impoſuit. Nobis ſis,ò pulcherrima,viſa 15
Vtiliter,populóſque iuues,tua ſacra colentes.
3 *Quisquis adeſt,viſum veneratur numen,& omnes* 15
7 *Conueniunt populi,flectunt veſtigia ſacræ* 1
Ad delubra Deæ,rariſsima templa per orbem. 13
10 *Templa mari ſubſunt,ſublimibus alta columnis,* 2
11 *Et trabibus denſis,aris ex ordine factis;* 15
15 *Marmoreumq́ ſolum eſt;poſtes radiare videntur;* 11
8 *Cælataq́ fores; adopertáque marmore tellus;*
2 *Hîc ſuper impoſita eſt latè fulgentis imago*
15 PONTIFICIS,*fictâque probes ſub imagine veram;* 3
9 *Addunt & titulum: perq́ atria marmore tecta* 14
Ad DOMINAM *ducunt: pulchro ſedet illa receſſu*
Sublimi ſolio; pinguéſque ardere videntur 4
Lampades,& rutilis collucere ignibus Aedis;
10 *Virginis eſt veræ facies,quam viuere credis;*
3 *Qui color infectis aduerſi Solis ab ictu,*
3 *Is fuit in vultu viſæ. De laudibus huius* 13
Nil mihi credideris,præſens potes ipſe videre:
15 *Neue viæ ſpatium te terreat; vrbe potitus,* 15
5 *Nil ibi,quod credi poſsit mortale,videbis.*
14 *Eſt locus in votis,hic votis numen adorant,* 11
11 *Mitte Deæ numen: mediam memoréſque tabellæ,* 8
Sertaque cinxerunt,voti argumenta potentis. 8
8 *Vota fides ſequitur: quiſne vnquàm altaribus illis* 7
Irrita thura dedit? Latum vulgata per orbem,

4 *Haud*

4 *Haud vſquàm, ſua quàm moueant miracula, dicam;* 5
3 *Non mihi ſi centum Deus ora ſonantia linguis,* 8
Ingeniumque capax, totumque Helicona dediſſet.
12 *Illa quidem maiora fide quoque geſſit, & orbem*
Impleuit meritis, quæ non comprendere dictis 13
In promptu mihi ſit. Proceres ad templa petitæ 15
Conueniunt operoſa Deæ, dant munera templis, 9
8 *Muneribusque datis, & acerris thuris honorant.*
9 *Te, Dea, te quondàm, tuaq; hæc inſignia vidi;*
7 *O' ego ter felix, te ſi modò poſſe videre* 14
Fata iterùm dederint; cœlum accepiſſe videbor.
9 *Te tamen, ô* GENITRIX, *tollens ad ſydera palmas,* 6
3 *Et genibus pronis, & ſuſpiratibus hauſtis,* 14
6 *Supplice voce rogo, veniam des ipſa roganti:*
2 *Sors mea principijs eſt irrequieta, pigetque*
Actorum ſine fine mihi, ſine honore laborum;
3 *His quoque des veniam; finemque orato malorum:*
4 *Noſtra nocens anima eſt, temerata eſt noſtra voluntas;* 9
5 *Pœnitet iniuſti; tantùm miſerere, preceſque* 13
Supplicis exaudi, miſeris mitiſſima rebus: 1
5 *Hanc animam concede mihi peccaſſe fatentem,* 11
14 *Dignam animam pœnâ: Dea tu auxiliaris, opemq;* 9
Exorata feres; te ſcilicet omnis in vnâ 3
Noſtra ſalus poſita eſt: ô, cui debere ſalutem 7
Confiteor, miſerere precor, nàm ſola leuare 14
Tu potes ora, tuum haud fruſtrà clamantia nomen; 11
2 *Parce precor mater, tandem meque aſſere cœlo.* 1

In toto corde meo exquiſiui te. Pſal. 123.

DE DIVO FRANCISCO VIRGILIO-CENTO, FR. POLA VERONENSI IVRISC. CONCINNANTE.

In conspectu Angelorum psallam tibi. Psal. 138.

3. æ. *AVGVRIIS agimur Diuûm: dicemus honorem* 2. g.
x. æ. *Cælicolæ magno, quem, non virtutis egentem,* xj. æ.
6. æ. *Iuppiter, atque ardens euexit ad æthera flamma;* x. æ.
6. æ. *Quémque Sacerdotes casti per amœna piorum* 5. æ.
Concilia, ELISIVMq; *colit; sublime columnis* 7. æ.
xj. æ. *Corpus vbi ex animi positum, centúmque Sabæo* 1. æ.
Thure calent aræ, sertísque recentibus halant:
6. æ. *Obseruans quæ* SIGNA *ferat, spirantia* SIGNA 3. G.
xj. æ. CONFIXI NATI, *(monstrantem vulnera cerno)* 6. æ.
1. G. *Hunc canere incipiam, cœlóque educere certem* 6. æ.
1. æ. *Insignem pietate virum, sanctum mihi numen,* 8. æ.
2. Ecl. *Delitias Domini, carum omnipotentis alumnum;* 6. æ.
6. æ. *Continuóque meo nomen de nomine fingam:* 3. æ.
3. G. *Ergò omni studio votum immortale sacrabo* 8. æ.
2. G. *Carminibus patrÿs, cithara, fidibusq; canoris.* 6. æ.
9. Ecl. *Huc ades, ô hominũ, Diuũmq; interpres* ASISAS, x. æ.

2. G. O De-



Quæ mea CRVX *! si parua licet componere magnis,*
CRVX *mea* CRVX *nulla est, præ* CRVCE CHRISTE *tua.*



2. G. *O Decus, ô fama meritò pars maxima Cæli,* 6. æ.
4. æ *Adsis ô, placidusq; iuues, & viuidus* VMBER 12. æ.
1. æ. *Sis felix, nostrumq; iuues quemcumque laborem,*
8. æ. *Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.*
5. æ. *Iamq; dies, ni fallor, adest, quem semper honestis,* 2. G.
5. æ. *Semper honoratum nullo discrimine habebo:* x. æ.
8. æ. *Ecce autem breuiórque dies, & mollior æstas,* 1. G.
1. G. *Scorpius & cœli iusta plus parte refulget;* 8. æ.
5. æ. *Expectata dies aderit iam lumine quarto,* 6. æ
2. G. *In qua relliquias, diuiniq; ossa parentis* 5. æ
Condidimus terra, stellantis regia Cœli 7. æ.
Accepit, numerum & Ditiorum altaribus auxit:
4. Ecl. *Aspice, ventura lætentur vt omnia luce,*
8. æ. *Dicetur nobis & erit quæ maxima semper:*
8 Ecl. *Nascere, præque diem veniens age lucifer almum;*
5. æ. *Hunc ego Getulis agerem si Syrtibus exul,*
Extrà anni, solisq; vias, pictosq; Gelonos, 2. G.
2. G. *Eoasq; domos Arabum, & deserta Getarum:* 3. G.
5. æ. *Annua vota tamen, solennesq; ordine pompas*
Exequerer, strueremq; suis altaria donis: xj. æ
3. G. *Tempore non alio solennes ducere pompas* 3. G.
Ad delubra iuuat: procul ô procul este prophani: 6. æ.
6. æ. *Nunc hoc ista sibi tempus spectacula poscit;* 6. æ.
5. æ. *Ergò agite, & cuncti lætum celebremus honorem:*
8. æ. *Populeis adsint euincti tempora ramis*
8. æ. *Omnibus in templis, incensa altaria circùm,* 8. æ.
8. æ. *Hic iuuenum chorus, ille senum, qui, carmine laudes,*

D 5 6. æ. *Fataq;*

6. æ. *Fataq́ , fortunamq́ viri, moresq́, genúsque* x. æ.
9. Ecl. *Cantantes, sublimè ferant ad sydera Cœli.* 2. G.
6. æ. *Egregium forma iuuenem genuêre parentes,* 1. æ.
7. æ. *Qui componere opes norant, & parcere parto,* 8. æ.
3. æ. *Et qui diuitijs solùm incubuêre repertis:* 6. æ.
xj. æ. *Ille autem, dum frons tenera, imprudénsq́ laborum,* 2. G.
2. G. *Principiò patrias tentauit lubricus artes,* 12. æ.
1. æ. *Ausus & ignoto se se committere ponto,* 3. G.
8. æ. *Omnia peruolitat latè loca, & omnia versat;* 9. Ecl.
2. G. *Tantus amor terræ est, & amor successit habendi.* 8. æ.
4. æ. *Quem simul ac tali, persensit, peste teneri,*
5. æ. *Iuppiter omnipotens, animum labefactus amore,* 4. æ.
1. G. *Se iuueni ante oculos hisce cum vocibus offert:* 7. æ.
4. æ. *Quid struis? aut quâ spe noctemq́, diemq́ fatigas* 8. æ.
5. æ. *Oblitus decorisq́ tui, ingratusq́ salutis?* x. æ.
5. æ. *Quò diuersus abis? quæ te dementia cœpit?* 2. Ecl.
x. æ. *Fallis te incautum; spem turbidus hauris inanem;* x. æ.
4. æ. *Nec, quæ circumstent te deinde pericula, cernis,*
1. G. *Ni refugis, tenuesq́ piget cognoscere curas*
5. æ. *Præsentis terræ, ac argenti, auriq́ talenta:* 5. æ.
1. G. *Si te digna manet diuini gloria regni,* 9. æ.
3. Ecl. *Desine plura puer; custodi, & consule longè;* 9. æ.
8. æ. *Egredere ô certis dimensum partibus orbem,* 1. G.
5. æ. *Mille vijs textum cæcis iter, ancipitemq́* 5. æ.
2. G. *Tellurem; exhalat nebulas, fumósq́ volucres;* 2. G.
9. æ. *Rumpe moras omnes: breue, & irreparabile tempus* x. æ.
Omnibus est vitæ; fugit irreparabile tempus, 3. G.

Singula

Singula dum captus circumuectaris amore;
8. æ. *Aude hospes contemnere opes, & te quoq; dignum*
Finge Deo; solare inopes, succurre relictis: 9. æ.
6. æ. *Tu, ne cede malis, dubijs ne deffice rebus;* 6. æ.
2. æ. *Nusquàm abero, & tutum patrio te limite sistam;*
4. Ecl. *Mutabis merces, cælóq; inuectus aperto* 1. æ.
5. Ecl. *Candidus insuetum mirabere limen Olympi:*
8. æ. *Hic tibi certa domus, requies ea certa laborum.* 8. æ.
8. æ. *Iamq; tibi (ne vana habeat fiducia rerum)* xj. æ.
3. æ. *Signa tibi dicam: perfecto temporis orbe* 6. æ.
1. G. SIGNA *dabo, solum certissima* SIGNA *sequentur,*
2. æ. *Vulneraq; illa geres, quæ circum plurima muros*
Accepi patrios, diuini SIGNA *decoris;* 5. æ.
6. Ecl. *Iamq; noui terræ stupeãt lucescere* SANCTUM 8. æ.
6. æ. *Omnes Cælicolæ. Sic Iuppiter ipse monebat;* 7. æ.
6. æ. *Scilicet id magnum sperans fore munus amanti:*
4. æ. *His dictis incensum animum inflammauit amore*
3. G. *Aethereo; conuersi animi, compressus & omnis* 2. æ.
Impetus, & vivo tentat præuertere amore 1. æ.
Iam pridem resides animos, desuetáque corda.
12. æ. *Ille humilis, auidis vbi subdita flamma medullis,* 3. G.
5. æ. *Talibus incensus dictis, formidine pressus* 3. æ.
Obstupuit; suppléxq; oculos, dextrámq; precantem: 12. æ.
Protendens; equidem merui, nec deprecor, inquit, 2. æ.
4. æ. *O pater, ô hominum, Diuúmq; æterna potestas,*
2. æ. *Vltrices flammas, & ad impia Tartara mitti:* 6. æ.
7. æ. *Sed tu, magne Pater Diuûm, miserere, tuâmq;* 9. æ.

x. æ. Te

x. æ. *Te precor hanc animam serues, miserere precantis;* x. æ.
6. æ. *Eripe me his inuicte malis: sequor omnia tanta:* 9. æ.
8. æ. *Accipio, agnoscoque libens cœlestia dona;* 4. G.
9. æ. *Et hic, est animus lucis contemptor, & altum* 1. G.
9. æ. *Qui vita benè credat emi, quò tendis, Olympum;* 1. G.
x. Ecl. *Certum est in syluis, inter spelæa, malorum* 9. æ.
Velle fugam latè, sub te tolerare magistro 8. æ.
1. æ. *Omnem pauperiem, & duros perferre labores;* 6. æ.
2. æ. *Nec tanta quicquam pro spe tentare recusem.* xj. æ.
3. æ. *Quod superest, tua me, Genitor, tua tristis* IMAGO 6. æ.
Sæpius occurrat: an sit mihi gratior vlla? 5. æ.
5. æ. *Nec tantis mora prodigijs, nunc tempus agi res.* 5. æ.
9. æ. *Sic ait: & duplicem ex humeris reiecit amictum,* 5. æ.
x. æ. *Et tunicam, molli mater quam neuerat auro,*
7. æ. *Atq; omnem ornatum, atq; argenti pondus, & auri* 1. æ.
2. G. *Subiecit pedibus; tunicaq; inducitur artus* 8. æ.
7. æ. *Terribili impexa seta; ac angustus in ipso* 2. G.
Fit nodus sinu; circumdat vincula plantis; 8. æ.
4. G. *Ille comam mollem iam tùm tondebat in orbem.* 1. G.
. G. *Prætereà mœsto defixus lumine vultu* 6. æ.
Incedit, linquens aulas, & limina Regum: 2. G.
2. G. *Illum non populi fasces, non purpura Regum,*
2. G. *Non res Romanæ, laudumue arrecta cupido* 5. æ.
2. G. *Flexit, non miseri possunt reuocare parentes:* 3. G.
2. G. *Flumina amat, syluasq; inglorius, inuia lustra,* x. æ.
1. Ecl. *Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,*
1. Ecl. *Nec spes libertatis erat, nec cura peculi;*

3. G. *Pocula*

3. G. *Pocula sunt fontes; ventos perpessus, & imbres,* 9. æ.
2. G. *Et patiens operum, viridi proiectus in antro* 1. Ecl.
1. Ecl. *Sæpè iacet pernox instrato saxa cubili,* 3 G.
3. G. *Quò minus est illi cura mortalis egestas:*
8. æ. *Vt Venerem, & cæci stimulos auertat amoris,* 3 G.
4. G. *Cæsariem immundo perfusam puluere turpans,* 12. æ.
5. æ. *Multa cauo lateri ingeminat, & pectore vastos*
Dat sonitus, atro liquuntur sanguine guttæ: 3. æ.
2 Ecl. *Mollia purpureus quondam color ossa reliquit,* 4. æ.
3. G. *Deformat macies, morbo, illuuieq; peresa,* 4. G.
8. Ecl. *Hirsutumque supercilium, promissaq; barba;*
5. æ. *Sanguis hebet, frigentque effetæ in corpore vires,*
5. æ. *Afflictus vitamq; extrema per omnia ducit.* 3. G.
5. æ. *Extemplò Socios, lætam cognomine gentem,* 3. æ.
8. æ. *Præstantes virtute legit Laurentibus agris;* xj. æ.
5. æ. *Et Iouis imperium, & cari præcepta parentis*
Edocet; & voluens fatorum arcana mouebat; 1. æ.
2. æ. *Exorat pacem Diuum, lenire dolentes* 4. æ.
Solando cupit, & dictis auertere curas,
2. æ. *Auxilioque leuare viros in rebus egenis:* 6. æ
4. G. *Si verò tristi languebant corpora morbo,* 4. G.
4. G. *Ardentes papulæ atque immundus olentia sudor*
Membra sequebatur; tùm membra fluentia tabo 3. æ.
3. æ. *Prensa manu amplexus, atque oscula dulcia figit.* 1. æ.
3. æ. *Ille, inter densas, vmbrosa cacumina, fagos,* 2. Ecl.
12. æ. *Si quandò læthum horrificum, & venerabile lignũ* 12. æ.
2. æ. CONFIXI, *ipse suo tristi cum corde volutet,* 6. æ.

12. æ. ET

12. a. ET CHRISTVM aduersū, nō digna morte peremptū 6. a.
8. a. Complexu teneat, lacrymis impleuit obortis, 4. a.
1. a. Expleri mentem nequit, ardescitq; tuendo;
x. a. Hoc solamen erat; clauósque affixus, & hærens 5. a.
Nusquam amittebat, oculosq; sub astra tenebat,
1. a. Lætitia, metuq; auidus coniungere mortem: 6. a.
7. a. Odit & ipse pater Pluton, odêre sorores
Tartareæ: illudunt species, atque ora ferarum; 4. G.
1. G. Ecce inimicus atrox formas se vertit in omnes, 4. G.
4. G. Cum clamore ruit magno ceruice Leæna, 4. G.
4. G. Squammosusq; Draco, flammisq; armata Chimæra, 6. a.
1. a. Virginis os, habitumq; gerens furialia membra 7. a.
Exuit, inspirans ignem, fallensq; veneno: 1. a.
4G.. Verum vbi nulla fugam reperit fallacia, victus
3. G. Multa gemens ignominiam, plagasq; superbi
Victoris se se oculis auertit, & aufert: 4. a.
6. a. Nec mortale sonat; afflatus numine quando
Iam propiore Dei; tacitus ventura videbat, 2. a.
3. G. Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur,
5. a. Omnia percepit, cœli cui sydera parent, x. a.
Et linguæ volucrum, & præsagi fulminis ignes;
4. G. Corda licet longè præsciscere; Iuppiter ipse x. a.
1. a. Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos,
2. a. Sistere aquam fluuijs, & vertere sydera retrò:
7. a. Corpora multa virum, atq; animas ille euocat Orco, 4. a.
6. a. Impositóq; rogis iuuenes ante ora parentum:
7. a. Hinc Italæ gentes, omnisq; Oenotria tellus

In-

In dubijs responsa petunt, oracula poscunt. 3. æ.
xj. æ. *At, non hæc nullis, hominum, rerúmq; repertor,* 12. æ.
Obseruans oculis, summo sedet altus Olympo,
1. æ. *Atque illum, tales iactantem pectore curas,*
1. æ. *Omnibus exhaustum iam casibus, omnium egenum*
5. æ. *Conspicit, extremo ni iam sub fine laborum* 4. G.
2. æ. *Persoluat grates, promisso munere donet;* 5. æ.
1. æ. *Ergò his Aligerum dictis affatur amicus:* 2. æ.
2. æ. *Haud ignota loquor; scis ipse, & scire fateris,* 12. æ.
3. æ. *Relligio, & cuncti suaserunt, numina. Diui,*
4. æ. *Hunc iuuenem in latebris auersum à lumine Mũdi,* 1. G.
12. æ. *Deberi cœlo, superasq; euadere ad auras;* 6. æ.
4. æ. *Vade age, nate, voca Zephyros, & labere pennis,*
5. æ. *Hoc iuuenem egregium præstanti munere dona,*
8. æ. SIGNAq; *ferre iube, sæui monimenta doloris,* 12. æ.
9. æ. *Spiramenta animæ, monimentũ, & pignus amoris.* 5. æ.
4. G. *Protinus ille patris magni parere parabat* 4. æ.
Imperio, terrasq; inter cælumq; volabat: x. æ.
9. æ. *Iam Sole infuso, iam rebus luce retectis*
1. æ. *Scindit se nubes, & in æthre exultat* IMAGO x.
3. æ. *Cœlicolum Regis, laceri crudeliter ora,* 6. æ.
Ora manusq; ambas, traiectaq; pectora ferro; 1. æ.
x. æ. *Hinc exaudiri voces, & verba vocantis:*
4. æ. *Ipse Deus tibi me claro demittit Olympo,*
4. æ. *Ipse hæc ferre iubet, monimentũ, & pignus amoris;* 5. æ.
5. æ. *Hic pietatis honos; te nunc habet iste secundum:* 2. ecl.
2. ecl. *O fortunatum, tu nunc eris alter ab illo:* 5. ecl.

x. æ. Nec

x. æ. *Nec plura effatus. Ille os, oculosq; loquentis* 8. æ.
Iamdudum, & totum lustrabat lumine corpus
9. æ. CONFIXI; *tacitum pertentant gaudia pectus:* 1. æ.
4 G. *Hoc visum nulli manifesto in lumine vidit.* 7. æ.
8. æ. *Ecce autem subitum, atq; oculis mirabile monstrum,*
1. æ. *Dum stupet, obtutuq; hæret defixus in vno,*
5. æ. *In vacuo lætum cæli speculatus, & alis*
Plaudentem, infixum stridet sub pectore vulnus, 4. æ.
2. G. *Ferrea perq; pedes traiectus lora tumentes* 2. æ.
2. æ. *Apparet; duplices tendat si ad sidera palmas* 1. æ.
2. æ. *Ecce cauæ tepido sudant humore lacunæ* 1. G.
x. æ. *Impauidus ille admirans venerabile donum*
2. æ. *Talia perstabat memorans,* FIXVS *que manebat;*
12. æ. *Hoc erat, hoc, inquit, votis quod sæpè petiui*
4. æ. *Iuppiter: Haud equidem tali me dignor honore:* 1. æ.
2. æ. *Hæc loquitur: factumq; diu cælauit, & æger.* 1. æ.
3. G. *His animaduersis instat sub tempus, & omnes*
Impendit curas, intentis omnibus, vnus, 2. æ.
7. æ. SIGNA *que ferre iuuat, premit altum corde dolorē.* 1. æ.
. æ. *Ergò aderat promissa dies, & tempora Parcæ*
Debita complerant, lætus sociósq; reductos 5. æ.
12. æ. *Alloquitur, cœliq; vias, & sydera monstrat,* 2. G.
2. æ. *Et votis, precibusq; iubet exposcere pacem,* 3. æ.
6. æ. *Lustrauitq; viros, dixitq; nouissima verba:*
1. æ. *O Socij, extremū, quo vos fato alloquor, hoc est:* 6. æ.
6. æ. *Illustres animæ, nostrumq; in nomen ituræ,*
6. æ. *Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos,*

9. æ. Et

9. æ. Et sperate Deum memorem fandi, atq; nefandi 1. æ.
1. æ. Per varios casus, per tot discrimina rerum
1. æ. Durate, & vosmet rebus seruate secundis.
xj. æ. Illum expirantem Socij certamine summo 5. æ.
4. G. Circumstant fremitu denso, stipantq; frequentes,
2. æ. Orantes veniam, proiecti corpore terræ. xj. æ.
9. æ. Paulatim exoluit se corpore, lentaq; colla
Et captum letho posuit caput omine magno. 7. æ.
x. æ. Panditur interea domus omnipotentis Olympi,
x. æ. Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
6. æ. Aethereum sensum, aurai simplicis ignem
1. æ. Suscepit, cœliq; libens in parte locauit. 12. æ.
xj. æ. Concurrunt trepidi Comites, decorantq; sepulchro 9. æ.
1. æ. Os, humerosq; Deo similem, manibusq; parentis; 12. æ.
xj. æ. Corpus humo liquidum ambrosiæ diffudit odorem. 4. G.
8. æ. Ex illo celebratus honos, lætiq; MINORES
Seruauere diem tot iam labentibus annis. 2. æ.
8. æ. Salue vera Iouis proles, decus addite Diuis,
5. æ. Salue Sancte pater, sequimur te Sancte Deorum. 4. æ.
1. æ. Ad te confugio, & supplex tua numina posco,
2. G. Huc pater ô rebusq; veni non asper egenis: 8. æ.
8. æ. Semper honore meo, semper celebrabere donis.

Adorabo ad Templum sanctum tuum in timore tuo. Psal. 5.

E De

DE DIVO CAROLO PONT.

VIRGILIO-CENTO.

Laudate Dominum in SANCTIS eius.
Psal. 150.

6. ec. *IAmq; nouum terræ stupeant lucescere* SANCTVM 8. æ.
6. æ. *Matres, atque viri, pueri, innuptæque puellæ.* 2. æ.
10. ec. *Carmina sunt dicenda: neget quis dicere carmen* 6. æ.
10. æ. COELICOLÆ *Magno cithara, fidibusq; canoris?* 6. æ.
3. æ. *Da Pater augurium, atque animis illabere nostris;*
2. g. *Carminibus patrijs votum immortale sacrabo.* 8. æ.
5. æ. *Ore fauete omnes, lætasq; aduertite mentes.* 5. æ.
6. æ. *Egregium forma* IVVENEM *genuêre parentes;* 1. æ.
11. æ. *Quem primi colimus, meritosq; nouamus honores.* 8. æ.
6. æ. *Huius in aduentu tantarum munera laudum;* 8. æ.
9. æ. *Continuò noua lux oculis effulsit, & inde* 10. æ.
5. æ. *Aëra dimouit tenebrosum, & dispulit vmbras.*
9. æ. *Ora* PVER *prima signans intonsa iuuenta*
5. æ. *Talibus auspicijs exortem ducere vitam* 2. æ.
1. æ. *Incumbit, veterum voluens monimenta virorum:* 3. æ.
3. g. *Quid labor, & benefacta iuuent, quæ præmia laudi,* 1. æ.

4. g. *Mores,*



CAROLE Pontificum CARDO, Lux publica mundi,
Quam solidè tali CARDINE terra stetit!
R. Sadeler

4. g. *Mores, & studia, & populos, & prælia discit.* 3. g.
2. g. *Quin etiam potuit rerum cognoscere causas;* 2. g.
3. g. *Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur,*
6. æ. *Omnia percepit, calamos non passus inertes.* 8. æ.
2. g. *Non ego cuncta meis complecti versibus opto:*
2. g. *Profuerit meminisse magis, quàm fortibus ausis* 8. æ.
8. æ. *Intrarit generis lapsi sarcire ruinas.* 4. g.
8. æ. *Improbus ille hominũ, Diuũq; interpres Asylas,* 10. æ.
11. æ. *Seditione potens, diuersis partibus orbis* 12. æ.
6. æ. *Ibat ouans, Diuúmq; sibi poscebat honorem:*
6. æ. *Hortator scelerum, nec dictu effabilis ulli;* 3. æ.
5. æ. *Nunc hos, nunc illos aditus, totumq; pererrat* 4. æ.
11. æ. *Vndique circuitum: sacrata resoluere iura* 2. æ.
3. æ. *Infelix vates vasto certamine tendit:* 12. æ.
1. g. *Quippe, vbi fas versum, atq; nefas, tot bella per orbem,*
Tam multæ scelerum facies; Discordia demens. 6. æ.
2. æ. *Non tulit hãc speciem, rerum cui summa potestas:* 10. æ.
10. æ. *Ingemuit miserans, casu concussus acerbo;* 5. æ.
6. æ. *Atque hæc ipse suo tristi cum corde volutat:*
12. æ. *Vestigátq; virum, superùm quem signet honore;* 6. æ
10. æ. *Quémve petat socium summis adiungere rebus.* 9. æ.
6. æ. HIC *illi occurrit, quo non præstantior alter;* 6. æ.
11. æ. *Insignis longè, multis memoratus in oris.* 7. æ.
2. æ. *Maximus vnde Pater, intentis omnibus vnus* 2. æ.
3. g. *Continuò rumpit vocem, pecorisq; magistrum* 2. g.
5. æ. *Declarat: viridiq; aduelat tempora mitra.* 9. æ.
12. æ. *Hoc erat, hoc, votis, inquit, quod sæpe petiui:*

 8. æ *Accipe,*

8. a. *Accipe, dáque fidem; mecum partire laborem:* 11. a.
4. a. *Perficere eſt animus, quæ ritè incepta paraui;* 4. a.
8. a. *Nulla meis ſine te quæretur gloria rebus:*
3. g. *Informes reſides animos, deſuetaq; corda* 1. a.
4. g. *Duc, age, duc ad nos, atque altæ mœnia Romæ:* 1. a.
3. a. *Ne dubita, nec præceptis parere recuſa;* 2. a.
2. a. *Nuſquam abero, & tutum patrio te limine ſiſtam.*
1. a. *Se quoq;* PRINCIPIBVS *pmiſſũ agnouit in* VRBE: 2. a.
5. a. *Ille ſuper tales, haud vnquam indignus auorum,* 11. a.
2. g. *Iuſtitia excedens, & ſeruantiſsimus æqui.* 2. a.
6. a. CONCILIVMQ; *vocat, quo non præſentius vllum* 2. g.
Auxilium vẽnit; cuncti ſe ſcire fatentur. 10. a.
2. g. *Illum non populi faſces, non purpura Regum,*
2. g. *Non res Romanæ, laudúmue arrecta cupido* 5. a.
2. g. *Flexit, non miſeri poſſunt reuocare parentes;* 3. g.
5. ec. *Semper conſilijs habitus non futilis Auctor.* 11. a.
2. a. *Aſt vbi iam patriæ peruentum ad limina ſedis,*
4. g. *Protinus ille patris Magni parêre parabat* 4. a.
Imperio: inſtans operi, regniſq; futuris. 1. a.
1. a. *Iura dabat, legéſque viris; operumq; laborem*
Partibus æquabat iuſtis; cui maxima rerum, 9. a.
Verborumq; fides: Populos ſermone replebat. 4. a.
7. a. *Cura ſibi, Diuûm effigies, & templa tueri;*
6. a. *Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt, iuuat vſque morari.*
7. a. *Atque omnem ornatũ, atq; argenti pondus, & auri* 1. a.
2. g. *Subiecit pedibus: ſuperat pars altera curæ,* 2. g.
8. a. *Vt Venerem, & cæci ſtimulos auertat amoris,* 3. g.

3. g. Pocula

3.g. *Pocula sunt fontes; tunicaq; inducitur artus* 8.a.
7.a. *Terribili impexa seta: compressus & omnis* 2.a.
Impetus; insomnis seruat noctésque, diésque: 6.a.
5.a. *Multa cauo lateri ingeminat, & pectore vastos*
Dat sonitus: vultum lacrymis, atque ora rigabat; 9.a.
5.a. *Afflictus vitamq; extrema per omnia ducit.* 3 g.
3.a. *Intereà magnas volitans it fama per vrbes:* 7.a.
7.a. *Hinc Italæ gentes, & Romana palatia seruans* 1.g.
7.a. *In dubijs responsa petunt, oracula poscunt.* 3.a.
1.a. *Ille regit dictis animos, & pectora mulcet;*
6.a. *Nec mortale sonans, tacitus ventura videbat.* 2.a.
2.g. *Quid maiora sequar totum vulgata per orbem?* 1.a.
3.a. *Horrendum video, & dictu mirabile monstrum:*
1.g. *Ecce inimicus atrox magno stridore remugit,* 3 g.
3.a. *Dentibus infrendens fremit horridus ore cruento;* 1.a.
1.g. *Ipse* PATER *tandem propius sua numina firmat,* 8.a.
12.a. *Significatq; manu, ingenti perculsus amore:* 2.g.
6.a. *Nec plura his. Ille admirans venerabile donum;*
11.a. *Contentusq; fuga, cæcis se condidit vmbris.* 7.a.
7.a. *Maius opus moueo; magno nunc ore sonandum:* 3 g.
3.g. *Dira per incautum serpunt contagia vulgus;*
4.g. *Matres, atque viri, iuuenes ante ora parentum* 4.g.
3.g. *Intereunt; tota passim regione vagatur* 6.a.
3.g. *Pestis acerba: rapit duræ inclementia mortis;* 3.g.
2.a. *(Horresco referens) defunctaq; corpora vita* 4.g.
4.g. *Exportant tectis, & tristia funera ducunt:*
2.a. *Luctus vbique, pauor, & plurima mortis imago.*

3. g. *His animaduersis, gemitum dans pectore ab imo,* 1. æ.
1. æ. *Talia voce refert Diuûm certißima proles.* 6. æ.
11. æ. *Summe Deûm, Sancti custos, Regnator Olympi.* 7. æ.
4. æ. *En quid agam varia confusus imagine rerum?* 12. æ.
4. æ. *Aspicis haec? talin' me possum opponere monstro?* 12. æ.
9. æ. *Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est.*
1. æ. *Parce pio generi, & propius res aspice nostras:*
6. æ. *Proijce tela manu, si quid pia numina possunt:* 4. æ.
9. æ. *Pœnarum exhaustum satis est; miserere tuorum:* 12. æ.
10. æ. *Hoc virtutis opus, quo non præstantius vllum,* 12. æ.
6. æ. *Parcere subiectis, & debellare superbos.*
12. æ. *Dixit; opémque Dei non cassa in vota vocauit.*
3. g. *Nec mora, nec requies, partes cunctatur in omnes,* 10. æ.
10. æ. *Multa mouens animo; vasto certamine tendit* 12. æ.
2. æ. *Extinxisse nefas; saltus ingressus apertos,* 11. æ.
8. æ. *Omnia peruolitat latè loca, & omnia versat:* 9. æ.
2. g. *Atque metus omnes, & inexorabile fatum*
Subiecit pedibus, strepitúmque Acherontis auari:
2. g. *Et patiens operum, fortunatúsque laborum,* 11. æ.
4. æ. *Solando cupit, & dictis auertere curas,*
1. æ. *Auxilióque leuare viros, lenire dolentes:* 4. æ.
5. æ. *Perfusæ vestes, argenti, aurique talenta.*
5. æ. *Extemplò socios, lætam cognomine gentem,* 3. æ.
8. æ. *Præstantes virtute legit, perque omnia ducit:* 3. g.
1. æ. *Ni faciat, multis viduasset ciuibus Vrbem* 8. æ.
4. g. *Magna lues, toto descendens corpore pestis.* 5. æ.
9. æ. *Quæ vobis, quæ digna Viri pro talibus ausis?*

9. æ. *Nulla*


9. a. *Nulla dies vnquàm memori vos eximet æuo.*
8. a. *Imposuit cinerem, & sopitos suscitat ignes;* 8. a.
6. a. *Lustrauitq; viros longa cum veste Sacerdos:* 6. a.
8. a. *Iámque Sacerdotes clamorem ad sydera tollunt.* 10. a.
7. a. *Vrbē per mediam graditur, populósq; propinquos:* 3. a.
7. a. *Tegmen habet capiti; vestigia nuda reportat;* 11. a
10. a. *Incedit mæsto defixus lumina vultu;* 6. a
7. a. *Signaq; ferre iuuat indigna morte perempti.* 6. a
1. a. *Dum stupet, obtutuq; hæret defixus in vno,*
3. a. *Exorans pacem Diuum, tunc vulnus acerbum* 11. a
Conficit, & atro liquuntur sanguine guttæ; 3. a.
4. a. *(Multa* VIRI *virtus) premit altum corde dolorem.* 1. a
7. a. *Illum omnis tectis, agrisq; effusa iuuentus,*
7. a. *Attentis inhians animus, prospectat euntem;* 7. .
7. a. *Turbaq; miratur matrum, qui spiritus illi,* 5. .
Qui vultus, vocisue sonus, vel gressus eunti.
4. a. *Ad delubra venit magna comitante caterua.* 2. a
1. a. *Postquàm introgressi, & coram data copia fandi,*
11. a. *Præfatus Diuos, placido sic pectore cœpit:* 1. .
6. a. *Discite iustitiam moniti, & succurrite fessis,* 11. .
8. a. *Communémq; vocate Deum; meliora sequamur:* 3. .
1. a. *Per varios casus, per tot discrimina rerum*
1. a. *Durate, & vosmet rebus seruate secundis.*
2. g. *Omnia monstrabat relegens errata retrorsum;* 3. a.
10. a. *Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris:*
7. a. *Corpora multa virū, atque animas ille euocat orco.* 4. a
6. a. *His demùm exactis, perfectis ordine votis,* 3. a

11. æ. *Conſtitit ante aras, media inter numina Diuûm* 4. æ.
2. æ. *Sacra canit; precibusq́ iubet expoſcere pacem,* 3. æ.
. æ. *Multa Deos orans: onerauitq́ æthera votis;*
9. æ. *Nec longum in medio tempus: ſperare ſalutem* 1. æ.
10. æ. *Eſt licitum, afflictis melius confidere rebus.* 1. æ.
6. æ. *Corporea excedit peſtis en funditus omnis.* 6. æ.
6. æ. *Poſtquàm illam* VICTOR *ſtygias detruſit ad vndas;* 7. æ.
1. g. *Continuò ingenti ſonuerunt omnia plauſu.* 5. æ.
5. æ. O PATRIA, *ô meriti tanti nõ immemor vnquàm;* 8. æ.
5. æ. *Et, qua ſeruatis reuocata à morte, memento* 3. ee.
1. æ. *In freta dum fluuij current; dum montibus vmbra*
Luſtrabunt conuexa: Polus dum ſydera paſcet.
. æ. *Et iam finis erat, cùm Iuppiter æthere ſummo*
. æ. *Obſeruans, quæ ſigna ferat, quò tendere pergat:*
6. æ. *Poſt vbi conuecti curſus, ſub fine laborum,* 4. g.
. æ. *Et* PATER *ipſe ſuo ſuperùm iam ſignat honore,*
. g. *Atque illam ſolio ſtellantis regia cœli* 7. æ.
. æ. *Accipit; ipſe Deum manifeſto in lumine vidit.* 4. æ.
6. æ. *Quique pij Vates, & phœbo digna locuti,*
. ee. *Cantantes ſublimè ferant ad ſydera cœli* 2. g.
1. æ. *Inſignem pietate* VIRVM, *noua regna petentem.* 1. æ.
6. æ. *Ipſe ego paulliſper, ſpacijs diſcluſus iniquis,* 4. g.
12. æ. *Suppliciter venerans, proſtratus corpore terræ,* 11. æ.
1. æ. *Ad te confugio, genus ô qui ducis Olympo:* 6. æ.
10. æ. *Te precor hac animam ſerues: malè numen amicum* 2. æ.
Confuſam eripuit mentem; miſerere precantis: 10. æ.
12. æ. *Vtere ſorte tua, culpam compeſco, priuſquàm* 3. g.

3. g. Durus

3.g. *Durus in aduersum rapiat casusue, Deusue.* 9.a.
11.a. *Hac mea magna fides, animo gratissima nostro:* 12.a.
5.a. *Quod superest, oro, dubijs ne desite rebus;* 6.a.
6.a. *Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam.*

Ad aliquem SANCTORVM conuertere. Iob. 5.



LVDVS

LVDVS IN SECVLI AMOREM INIMICVM AMORI DIVINO.


I.

Non esse seculo fidendum.



Vid mundus fragili confisus purpuræ,
Triumphos memorat fallaci murmure?
Quæ spondet munera vana potentiæ,
Vix sunt crepundia rudis infantiæ.
Vt Aquilonibus raptata folia
Dum miscent fatua inter se prælia:
Sic pede celeri decurrunt gaudia,
Et mundi fugiunt sperata præmia.
Quod rosa & viola decocta Solibus,
Quod caltha & lilia proiecta foribus,
Quod fœnum validis protritum pedibus;
Hoc mista gloria est amoris ignibus.
Plus pulsis nubibus, plus fide fluctibus,
Plus vento validè dispersis niuibus,

Et



In geminis geminos pueris non cernis amores?
Hic bonus, hic malus est, damnat hic, ille beat.

R. Sadeler

DE

Et plus fugacibus crede volucribus,
Quàm carnifragili, vel vanis opibus.
Plus fide Oceano, plus Aetnæ montibus;
Et plus mortiferis Berosi fontibus;
Plus cælo nubibus saxa vomentibus,
Quàm sponsionibus mundi fallentibus.
Plus crede rabidis leonis dentibus,
Harpyis efferis dirum frementibus:
Plus venenariis fide serpentibus,
Quàm mundi spoliis blandè ludentibus.
Quid celsa sequeris? doloso culmine
Mors ludit credulos fallaci flamine.
Quid longa memoras? in ipso limine
Inani corrues lusus imagine.
Nam quidquid seculo mortali nascitur;
Momento seritur, momento conditur;
Momento panditur, momento clauditur;
Momento erigitur, momento labitur.
Quid fidis robori? & saxa corruunt,
Et manus marmora prædura diruunt.
Quæ seclis steterant, scintillas metuunt.
Et imbres, chalybem, ferrumq́ diluunt.
Quid annos numeras? momento rapimur:
Quid genus, proauos? momento morimur.
Quid opes? iudici sistendi ducimur,
Et fors iam ignibus damnandi cingimur.
Quid arma exacuas spe plenus optima?

Sudata incudibus Aetnais intima,
Mundiq́; robora quæcumque maxima,
Opima corruunt inferni victima.
Quò Abner, Amasa, bellorum fulmina?
Quò Saul, Ionathas Iudææ lumina?
Momento maxima procumbunt culmina,
Dum cœli sæuiunt prædura examina.
Quid arma proderunt, cùm nudi sistimur?
Quid minæ & animi? inermes cogimur,
Permisti purpuræ sagoq́; voluimur;
Et tamquam cineres flammis commolimur.
Et tamquam furfures molis conterimur:
Fauillæ similes igni conuoluimur,
Et tamquam pluuia cælo depellimur:
Pœnisq́; immitibus terræ recondimur.
Vt aqua nubibus, sic terris fundimur,
Vt alga vilior, sic leues spernimur;
Vt pilæ cælitus mortales ludimur,
Et tandem valida fornace exurimur,
Flammarum stipula semper viuentium,
Prunarum cespites semper vrentium,
Pœnarum fomites non morientium,
Dolorum pabulum semper torquentium.

II.

II.

Emendationem non esse differendam in mortem.

QVò fata properant prædura & asperà?
Quò tela exacuunt, diraq; & effera,
Cùm tanta demetunt falce præproperá,
Non sceptra recolunt, non auri pondera.
Non parcunt matribus, non caro pignori,
Non regum in posteris votiuo semini;
Non auis, proauis, non formæ, aut generi
Non sceptro aut opibus, non celso muneri.
Quem non conterreant præcelsa numinà
Quæ tanta conterunt calcantq; nomina,
Et ferè eruderant primæua germina?
Funesta degimus sic inter limina.
Cùm mundi deprimunt velluntq; lumina;
Vt vento paleæ deflantur flumina,
Superbi vertices altaq; culmina:
Credas è nubibus contorta fulmina.
Quid vita? vitrea quod gemma pensilis:
Et scenæ & niuibus, fumoq; similis:
Ac vix ficulneis æquanda poculis:
Aut vultu tenero qui ludunt oculis.
Cùm telum admouet mors flecti nescia,
Et dolor occupat corda tepentia,

F *Quid*

Quid mens tum deligat factorum conscia,
Et è sceleribus pœnarum præscia?
Dum tempus patitur, locusq; fletibus;
Pulsemus Dominum densis gemitibus.
Non vota sileant accensa precibus,
Et tamquam medix nata caloribus.
Ne serò doleas, cùm nullus luctibus;
Non locus lacrymis, sanctisq; moribus:
Non pœnitentiis, votis, virtutibus,
Nullis suspiriis, curis, muneribus:
Cùm reus steteris, flammis furentibus,
Pœnisq; innumeris circùm frendentibus:
Nequidquam lacrymis seris cadentibus,
Aut à suspiriis votis calentibus:
Pro mundi illecebris, æternis ignibus;
Flammisq; sulphure & pice natantibus,
Quis vel fornacibus semper ardentibus,
Vel prunis subtici velit candentibus.
Quis mundi inanibus captus crepundiis
Aeternùm exulet lubens deliciis;
Aeternùm naufragus cælorum gaudiis,
Aeternùm numinis possessus odiis?

III.

Perire quidquid hîc magnum est.

Q*Vò minæ Antiochi iraq; regiæ?*

Vel

Vel quò Sennacherib, castraq; Assyria?
Quò dicta Rabsaces blasphema & effera?
Lingua Nicanoris fallaxq; dextera?
Quò potens Tullius verborum flumine?
Rerum Demosthenes diues molimine?
Quò primus Latio Crispus acumine?
Vel Plato cælitus edoctus numine?
Fœcunda Origenis quò nunc acumina?
Vel Afri rupea tonantis fulmina?
Quò flecti Calari ignara pectora?
Aut Hosi fortia tot annis robora?
Quò Phœnicopteri Apici fercula?
Aesopi patina, murrhina vascula?
Quò Alcibiadis, Torquati pocula?
Natansq; Assyrio cruore crapula?
Fœcunda Alcinoi quò nunc pomeria?
Hortiq; pensiles, Luculli prædia?
Euripi, & montibus subducta maria?
Vel quò Polycratis fortuna Samia?
Quò Curi machina pendens Icaria?
Quò Scauri vitrea scena & marmorea?
Et Midæ fercula quò Regis aurea?
Corona Marsyæ sperata laurea?
Quò Caij Lollia gemmato munere?
Elata Arabico Poppea funere,
Auro quæ solita iumenta sternere?
Gemmas Cleopatra consueta bibere?

Vt bulla labitur quidquid hîc nobile;
Vt flos, sic defluit quidquid amabile.
Vt vmbra deperit quidquid optabile.
Nil firmum cogites, nil terris stabile.
Nulli te proaui, non parta gloria,
Non opes eximent, forma, scientia,
Non honos, robora, prudens solertia,
Non menti aut corpori concessa gratia.
Virtus sed vnica terrores adimet,
Sola te gaudiis æternis inseret,
Hæc vna gloriam pœnasq́ dirimet,
Beabit præmiis, tormentis eximet.

IV.

Intutam esse honorum & dignitatum prærogatiuam multorum exemplo.

QVid auro, honoribus, sceptris extollimur?
Non pares nascimur, paresq́ morimur?
Non pares media iuuenta tollimur?
Et cursu propero fortunæ pellimur?
Non pares sanguine, paresq́ tempore?
Non pares anima, paresq́ corpore?
Non pares pretio, Christiq́ vulnere,
Fortunæ impares si simus munere?
Quò Regum Salomon primus prudentia?

Vel

Vel Sampson Dalilæ captus dementia?
Aut Hemor fatua lusus fidentia?
Vel cunctos superans Xerxes potentia?
Quò Cyrus pallio cinctus coccineo?
Quò Physco rutilans theristro gemmeo?
Quò splendens balteo Darius aureo?
Vel Diues habitu nitens purpureo?
Quò Crœsus insolens fidens diuitiis?
Quò dirus Hannibal ferox victoriis?
Quò magnus Macedo, Persarum spoliis,
Nec orbis maximi satur exuuiis?
Quò Sylla madidus ciuili sanguine?
Et Cæsar gladiis raptus ceu turbine?
Quò tectus Africo Pompeius cinere?
Vel Crassus Parthico delusus puluere?
Quò Nero, Claudius, Helìobalus?
Galba, Caligula, Otto, Vitellius?
Quò Verus, Pertinax, Valens, Magnentius?
Balbinus, Maximus, Piso, Leontius?
Quò Reges reliqui, tot magna nomina?
Quò duces, Principes, terrarum Numina?
Momento citiùs clauduntur lumina,
Nec parcunt generi Parcarum stamina.
Aeterna cogites, ignes & præmia,
Aeterna contue, flammas, & gaudia
Alterna delige. Stat parta gloria,
Stant pœnæ: & nemini patent effugia.

V.

Infelici plurimùm Regum magnorumque exitu purpuram sceptraque docemur contemnere.

Qui Reges numeras terrarum lumina,
Qui duces inclytos bellorum fulmina:
Funesta prospice regnorum culmina,
Incerta purpuræ fallacis omina.
Quò Remus, Romulus, Sextus Tarquinius?
Quò Titus Tatius, Tullus, Hostilius?
Vel Ancus Marcius, Seruiusq́ Tullius?
Priscus, Herculeus, Drususq́ Manlius?
Quò Gracchi, Melius, Seianus, Marius?
Quò Cato, Regulus, Carbo, Licinius?
Ruffinus, Cassius, Brutus, Antonius?
Gallus, Copronymus, Phocas, Alexius?
Siluanus, Lentulus, Constans, Sertorius?
Quintillus, Didius, Probus, Demetrius?
Carinus, Tacitus, Leo, Valerius?
Macrinus, Comodus, Carus, Procopius?
Comnenus, Nicias, Celsus, Constantius?
Agis, Miltiades, Zeno, Decentius?
Traulus, Leonidas, Syphax, Aëtius?
Conon, Themistocles, Dion, Isacius?
Achilles, Hercules, Hector Numanticus,

Tigra-

Tigranes, Phocion, Pyrrhus, Britannicus?
Auitus, Michaël, Thomas, Philippicus?
Theseus, Pausanias, Glycas, Isauricus?
Lucullus, Lepidus, Lysander, Lucius?
Manfredus, Vitiges, Massa, Parthenius?
Cabrera, Stilico, Silanus, Flauius?
Philippus, Datamis, Brocas, Ablauius?
Omnes Domestica, aut hostili corruunt
Manu præpropera, ferróve intereunt;
Aut duro exilio, aut veneno concidunt,
Morteq́ inglory funesta pereunt.
Hæc sceptris gloria daturq́ purpuræ:
Hæc auro & opibus; fatali murmure
Hostili vt posteros funestent vulnere:
Elati barbaro & cruento funere.
Morte pars minima pacata concidunt,
Morte pars maxima funesta concidunt.
Qui tela nesciunt, mœrore pereunt,
Vel lenta sanie, tabeq́ corruunt.
Quò tendis animum? cùm magna memoras,
Enses, exilia, venena præparas;
Funes, equuleos, secures comparas,
Multorum odia, pœnasq́ innumeras.
Honores prouocant? ignes præpediant.
Voluptas allicit? flammæ te terreant.
Opes te pertrahunt? pœnæ te retrahant.
Aeterna prouidi tormenta metuant.

Qui sceptra numeras, recense vulnera.
Qui bella & aquilas, prospecta funera.
Qui castra & oppida, metire tempora.
Et post hæc ignibus damnata corpora.
Tam magno luitur, quod breui transuolat,
Vix plumas contines; & corpus euolat.
Quod flammis vritur momentis auolat.
Has flammas sapiens æternas recolat.
Momento purpura sceptraq; transeunt.
Momento gloria, formæq; pereunt.
Nulla te postera tormenta deserunt,
Nusquam carnifices, flammæq; deerunt.

VI.

Diuitiarum contemptus æternitate proposita.

QVid regna sequeris per alta maria?
Quid mundi prodiga captas donaria?
Non tamquam noctibus sudata somnia,
Sic ista defluunt, & cinis omnia?
Quid domos exstruis, lataq; prædia?
Non illa corruunt iuuenta media,
Vt actor fatua fias comœdia,
Vel sæua nobilis scena tragœdia?
Quid vasta nemora, quid agros cumulas,
Quid ædes ædibus regnorum æmulas?

Vt venti tumidas dispellunt nebulas,
Sic anni has perimunt terrarum papulas.
Quid hortos pascuis fontesq́ accumulas?
Quid rupes montibus vallesq́ vinculas?
Vt has posteritas enarret fabulas,
Fortunæ vomitus, funestas crapulas?
Quid lacus, flumina, torrentes numeras?
Quid castra & oppida, sceptraq́ memoras?
Cùm Crœsos opibus Midasq́ superas,
Non ad supplicia flammasq́ properas?
Quò fatiscentia frumentis horrea,
Lassata fructibus grata pomœria,
Pressaq́ pondere prædiues area,
Spondentq́ tempora tot votis paria?
Autumno mustea quid torcularia,
Quid nouo grauida lacte mulctralia,
Vel quid gementibus tectis granaria,
Non scelus acuunt, non tribunalia?
Non tela exasperant minarum ignea?
Aut non incendia pascunt sulphurea?
Dira materies lignorum picea,
Infelix posthuma flammarum palea.
Hac nocte aut citiùs tolletur anima.
Quid spes tunc proderunt votaq́ inania?
Succedunt commodis tormenta immania,
Luenda, ô nimiùm magno! vesania.
Cùm solis ignibus lingua potabitur:

Cùm flammis, sulphure, pice cœnabitur,
Stillansq; digitis gutta negabitur:
Nec quidquam precibus fusis donabitur.
Non anni reduces, non vita dabitur.
Quæ cursu properans cita dilabitur:
Quis flammis miseros cinctos solabitur,
Cùm nullis lacrymis crimen piabitur,
Quibus tunc viribus mens roborabitur,
Cùm tantis ignibus nec gutta allabitur?
Cùm sola pietas cælo locabitur?
Sola delicijs cæli rorabitur?
O nimis fatua vecorsq; vanitas!
Cuius tam futiles leuesq; semitas
Infelix sequitur momento æternitas;
Flammisq; indomita dira crudelitas.
Infausta ô nimium mundi felicitas,
Fallaxq; nimium amœna amœnitas,
Tam breui laberis. sæuaq; æternitas
Succedit miseris. ô dura æternitas!
Cùm gutta medijs negatur ignibus,
Negatur medijs aqua fornacibus,
Æternùm medij prunis ardentibus
Voluuntur miseri flammis vrentibus.

VII. Fuga

VII.

Fuga eorum quæ ſeculo ſperari poſſunt, iudicio & pœnis propoſitis.

FOEcunda diuiti quid dabunt prædia?
Sudataq; noctibus dieq; ſtudia?
Quid ingens Domino parta pecunia?
Quid faſces, purpura, ſceptraq; regia?
Cùm telum iugulo mors cita admouerit;
Iudex ſententiam ſupremus tulerit;
Igneſq; indomiti flammaq; ſteterit;
Speſq; omnis animam ſalutis fugerit?
Cùm ſæua æternitas mundo inſonuerit,
Summiq; iudicis vox intonuerit,
Et omnis validus mente exhorruerit,
Terraq; pedibus ſubducta fuerit?
Tortorum millia cùm circumſteterint,
Teſteſq; innumeri parte omni cinxerint,
Spem fugæ aut veniæ cùm cuncta clauſerint,
Mentemq; crimina factaq; impulerint?
Cùm flammas oculi furentes viderint,
Igneſq; dæmones flammaſq; admouerint,
Cùm picem, ſulphura, tormenta ſenſerint,
Quicumque cælitus damnati fuerint?
Quid auri proderunt congeſta pondera?

Quid

Quid Regum, Principum, magnorum munera?
Hortiq́, pascua, fontesq́; nemora;
Inter sæuißima tortorum verbera?
Quid Venus, pocula, mensæq́ dederint?
Quid noctes lusibus insomnes iuuerint?
Cùm cantus, gaudia, risusq́ euenerint,
Et post perpetuæ flammæ successerint?
Quid longa series annorum faciet?
Quid genus, proaui, formaq́ pariet?
Quid sceptris, purpuræ, regnoq́ eueniet,
Cùm ignis efferus æternùm sæuiet?
Quid magna proderunt scripta volumina?
Lassata sæpius quid docta limina?
Quid versus nobiles librorum lumina,
Si feruet ignibus æternis anima?
Quid plena pulpita verbis sonantibus,
Farta sententiis altè tonantibus,
Densata lacrymis ora manantibus?
Si membra validis torquentur ignibus?
Quid ampla imperia lassata cædibus?
Quid lata maria defessa cladibus?
Quid campi & oppida diuulsa ciuibus,
Cùm præda fueris æternis ignibus?
Quid numquam spolia sitim sedantia,
Hostili sanguine prata natantia,
Cruore immerito regna sudantia,
Cùm loca senseris flammis furentia?

Quò

Quò belli dubius quò ferox exitus,
Infestis aquilis traducti exercitus,
Quò furor martius terris indomitus,
Cùm tortor sæuiet ignis perpetuus?

VIII.

Magna ferè ruinæ proxima esse, æternare humilia.

QVi celsa sequitur, prærupta metuat,
In summo vertice ni modum statuat,
Prolapsu celeri necesse corruat,
Cùm moles imminens incautos obruat.
Lapsus ex humili planoq; tutior,
Cùm è præcipiti ruina grauior.
Ex alto durior, planoq; mitior,
Alto frequentior, planoq; rarior.
Sic summi vertices tanguntur fulmine,
Quamuis præualido cincti munimine:
Superba pectora calcantur numine,
Quantumuis callido tecta molimine.
Sic altas arbores venti præcipitant,
Duraq; robora momento excaudicant:
Celsaq; rabiem ventorum prouocant,
Accendunt animos, minasq; exasperant.
Virgulta tenera cùm Noti quatiunt,
Aut Aquilonibus lentata proruunt,

Stant

Stant fixa sedibus, irasq; combibunt,
Nec sæuam rabiem, minasq; metuunt.
Sors dura, & aspera magnorum æmula.
Magnorum inuida, diraq; facula,
Futuri generis infamis macula,
Cum regnum sistitur fatorum famula.
Cum summo vertice momento labimur,
E primo culmine momento pellimur:
E summis opibus momento exscindimur:
E celso munere momento excutimur.
Cum flore medio fracti depluimur,
Iuuenta media rapti protrudimur,
Mundiq; gaudiis viles proscribimur,
Regnoq; medio sceptrisq; euertimur.
Vt flores pampini, baccæq; excutimur;
Vt vento folia concussa spargimur,
Vt denso arundines imbre propellimur;
Vt Euro palea subacta rapimur.
Aeternis animos tepentes erigas,
Aeternis noxia cordi submoueas,
Aeternis præmia mundi discutias,
Aeternis pristina moresq; corrigas.
Aeternum vt Numini coniunctus gaudeas:
Quæ mundus munera promittit fugias.
Aeternum corpore, menteq; vt valeas,
A carne, honoribus, auroq; caueas.
Aeternum vt ignibus flammisq; careas,

Densis

Densis gemitibus peccata deleas:
Aeternum vt animum pœnis eripias,
Ne carni fragili, mundoq; pareas.

IX.

Æternam pro breuibus pœnis remunerationem manere, Virginum docemur exemplo.

Dvm sæuit Africus, tunc rosa rutilat;
Et Austro viola perflante purpurat:
Et Eurus lilia prona dissuauiat,
Vis nulla eroborat, nec vlla exanimat.
Dum feruet carnifex, exsurgunt Barbaræ:
Secantur vbera, clarescunt Agathæ.
Dum fumant balnea, surgunt Cæciliæ.
Dum tela depluunt, nascuntur Vrsulæ.
Tauro Phalarico splendet Pelagia.
Flammis, exilio triumphat Flauia:
Vncis, equuleo, cruceq; Eulalia:
Virgis, pectinibus, flammis Frebonia.
Rotis, sartagine, vinclis Euphemia:
Tedis ardentibus, fuste Serapia:
Felle, craticula, ferisq; Maxima:
Securi & oleo feruenti Eulampia.
Lucia gladiis, & Agnes ignibus:
Christina lacubus, flagris, fornacibus:

Susanna

Susanna variis torta securibus:
Cruce & lampadibus Firmina ardentibus.
Has Christus gloria cælesti munerat,
Has sponsas stabili nexu consociat.
E sexu fragili triumphos numerat.
Celoq; ex humili coronas duplicat.
Profuso sanguine æternùm purpurat.
Pro casto pectore æternùm sociat:
Pro momentaneis æternùm pignorat.
Pro ferro & ignibus æternùm roborat.
Aeternis gaudiis paceq; inaugurat.
Celoq; lucidas stellas commemorat.
Pro vitá labili æternùm animat.
Pro pœnis breuibus æternùm recreat.
Maritat humiles donis cælestibus.
Maritat tumidos æternis ignibus.
Amicat teneras primis virtutibus.
Lassantur validi magnis sceleribus.
Qui speras maxima, cælos inambula.
Vt parua referas, mundum perambula.
Quid sunt hæc aliud quàm cæli famula,
Vel tamquam vitrea commissa pocula?

X. Com-

X.

Comparatio rerum seculi huius & alterius.

QVid terræ portio puluisq́; extolleris?
Non nudus vtero matris effunderis,
Nudus visceribus terræ reconderis,
Et duro iudici damnandus sisteris?
Quid fidis seculo? stat prona æternitas.
Qua spe deluderis? stat firma æternitas.
Quid fugam cogitas? stat certa æternitas.
Quoquò te flexeris, terret æternitas.
Bonis hîc fruimur? ibi igne exurimur.
Momento fruimur? æternùm vrimur.
Bonis hîc pascimur? ibi ignes patimur.
Momento pascimur, æternùm patimur.
Quis pro his opibus tormenta deligat?
Pro mundi gaudiis diuina negligat?
Pro mundi honoribus cælestes abigat?
Pro tam fugacibus quis flammas eligat?
Sirenum vocibus quis aures præbeat?
Quis ignes cogitans terrena voueat?
Æterna prouidens non mente paueat?
Flammasq́; contuens non totus horreat?
Felix qui potuit opes contemnere,
Prudens qui gloriam concessam spernere,

Fortis qui munera mundi respuere,
Aeterna præmia doctus eligere.
Mundi qui negligit promissa præmia,
Aeterna breuibus mercatur gaudia:
Mundi qui sequitur promissa præmia,
Aeterna breuibus commutat gaudia.
Hæc voluas animo. stat certa æternitas:
Flammarum crucians tristis æternitas:
Cælorum recreans felix æternitas.
Momento medium, vtrimque æternitas.
Honores fugiunt, manet æternitas.
Aurum te deserit, manet æternitas.
Caro dilabitur, manet æternitas.
Et pro tam vilibus, tam sæua æternitas.
Pro tam fugacibus, immensa æternitas:
Pro tam fallacibus, tam vera æternitas:
Pro tam fragilibus, tam dura æternitas:
Et pro tam breuibus, æterna æternitas.
Quis pro tam breuibus æterna deligat?
Quis ignes, sulphura, flammasq́ intelligat?
Quæ sæua æternitas æternum colligat?
Nullaq́ æternitas æternum mitigat?
O dura nimium pœnarum æternitas!
O sæua & effera flammarum æternitas!
O cruda nimium, longaq́ æternitas!
Finemq́ nesciens æterna æternitas!

FINIS.

MONACHII.
Ex formis Annæ Bergiæ viduæ.



Cum gratia et priuilegio Sacræ Cæsar. Maiest.

Apud Raphaelem Sadelerum Iconographum Ducalem venalis.

ANNO M. DC. XVII.

